

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber decimus, De sanctificatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

torum significacione iam satis dictum. Pro grandi, ac promiscuo cœrudici si concedimus, quid luci fecerit Windekius? Nam is non potest re ipsa idem esse cum omnibus, & grandem cœtum electorum, quis neget esse? Promiscuum certe omnes fatentur: à quo nullum genus hominum excipiatur. Sed omnium nostrum iniquitates, quo argumento Windekius conficit idem esse cum omnium iniquitatibus? Aut quis nescit has phrases, Omnes nos, Vos omnes, illi omnes, coercere omnium vniuersitatem, ad certa genera ex omnibus?

XVIII. Euthymij gemina est expositio: prior, ut multi sint pro omnibus: altera, ut multi sint comparatione Hebraeorum. Sed ille quidem videtur. Maldonatus ab eo longissime abit, Ex verbis Luca & D. Pauli, Matthæi & Marci verba exponenda sunt; ut idem sit pro multis effunditur, & qui pro verbis effunditur, non ut Euthymius & Theophylactus existimant, ut idem sit pro multis, atque pro omnibus. Et post, Quis nescit has phrases, Omnes nos, Vos omnes, illi omnes, coercere omnium vniuersitatem, ad certa genera ex omnibus?

XIX. Argumentum quartum: Omnes, pro quibus vere mortuus est Christus, iis utilis est mors Christi. At non est omnibus utilis mors Christi. Ergo non est pro omnibus vere mortuus Christus. Maioris facilis est probatio, ex ipso verborum momento. Nam, pro, utilitatem significat redundantem in eum, pro quo aliquid dicitur factum. Deinde ex statu controvæsiae. Tertio ex Scriptura, ad Titum 2. Dedit semetipsum pro nobis, ut redimere nos, Matthæi 26. Pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Ad Romanos 5. Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur nunc multo magis per eum ab ira. Augustinus Epist. 10. Non perit unus ex illis pro quibus mortuus est.

XX. Minor autem etiam probatur. Nam, si omnibus est utilis mors

Christi, ergo & infantibus, & adultis. At neque omnibus infantibus, neque omnibus adultis. Ergo non omnibus hominibus. Assumptum probatur per partes. Nam Infantes ipsi Papistæ credunt non omnes participes mortis Christi, sed tantum baptizatos. Constat autem initio non posse numerum eorum, qui decedunt absque baptismo. Quare ne cœtum quidem, qui non sunt participes mortis Christi; id est, quibus mors Christi est inutilis. Et per consequens, pro quibus non sit mortuus Christus.

XXI. De adultis facile negotium. Nam adultis nullis utilis est mors Christi, non creditibus in Christum. At multi, sunt non credentes in Christum. Ergo multi, quibus est mors non sit utilis. Patet maior, ex vniuersa doctrina Christiana. Pater minor experientia. Magnus enim numerus est eorum, qui partim nihil audiunt de Christo; ac proinde non possunt in eum credere, partim qui auditum reiiciunt, imo etiam persequuntur.

XII. Quintum argumentum: Si pro omnibus mortuus est Christus, ergo omnes seruantur ab ira. At hoc fallum. Ergo & illud. Assumptum per te pater. Ioannis 3. Qui non credit Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Ad Rom. 2. Ius, qui sunt contenti, & qui veritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitia, excedentes & ira. Consequentia autem diserte est ab Apostolo: ad Roman. 5. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod, quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit: Iustificati igitur eius sanguine seruabimur nunc multo magis per eum ab ira. Nam si, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

XIII. Sextum argumentum à testimonio. Anselmus Elucidatorio, Cum scriptum sit, Christus pro impiis mortuus est, & gratia Dei pro omnibus, gaudavit mortem, profuit mors impiis: Christus pro solis electis mortuus, qui tunc erant impi, id est, in infidelitate positi. Pro omnibus autem dicit, scilicet de omnibus genibus, & de omnibus linguis, & non solum illius temporis, sed pro omnibus futuri, & pro his, qui erant in inferni clausis: ut dicitur, Non sum missus nisi ad oues, qua perierant domus Israel. Dominus Israel est regnum Deum videlicet, hoc est, angelorum. Oves, qua perierant domus Israel, sunt electi, quos venit Christus sua morte redimere, ut dicitur, Animam meam pon pro omnibus meis. Inde habes, Pro eis rogo, non pro mundo. Et iterum, Dilexisti eos a me constitutionem mundi. Pro his dicitur, Hic est sanguis qui pro vobis & pro multis effunditur, non dicit pro omnibus. Nihil enim contulit reprobis ob sua demerita mors Christi, nisi tali modo etiam pro eis mortuus est. Omnes enim iniqui ab initio mundi consenserunt in necem Christi, ut dicitur, Venient hac omnia super generationem istam, scilicet malorum.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMVS, De S A N C T I F I C A T I O N E.

Caput Primum.

DE SANCTIFICATIONE ET IVSTIFICATIONE.



A C T E N V S de cauiss humanæ Restauracionis. Natura sequitur: qua in singulis, qua in omnibus Christianis. In singulis quæcunque sic pertinent ad homini renovationem, ut in unoquoque distincte esse oporteat. In omnibus vero, quæ ad eandem sic pertinent, ut non sint tam scilicet singulorum: sed confertim omnium: qualis est Ecclesia, & quicquid huius naturam describit, qua id ipsum est. Non enim est Ecclesia, nisi coniunctio Sanctorum, qua nisi in multis esse non potest. Breueriter, ut apud Philosophos Ethica singulorum mores informat, quos omnes Politica gubernat: Ita in Theologia, pars est una, qua singulos fideles quasi preparat, vnde altera Ecclesiam componit.

II. Igitur Reparationis erunt primo partes, deinde effecta: tertio, externa instrumenta, qua Sacraenta appellantur. De quibus magna sunt animosissimæque contentiones, indeque intricatissimæ, prolixa sane consideratione, exactaque diligentia dignæ. Partes, Sanctificatione & Iustificatione. Quanquam debueramus Sanctificationi Iustificationem præponere, si nostri arbitrij methodus esset, ut tum re, tum ratione priorem, quod ab ea profluit altera. Sed quia Papistæ non distinguunt, inde que fit, ut de Iustificatione disputantibus occurrant multa subinde, qua ad Sanctificationem pertinent, & non explicata facilius negotium: cogimus de Sanctificatione prius dicere.

III. Iustificationem intelligimus, perfectam cuiusque hominis restaurati iustitiam apud Deum: verum, certum quæ sperandæ salutis fundamentum, quam alioqui tantum optare, imo vix etiam optare quisquam possit, sperare certe nullo modo, cum oporteat peccato prius liberari, quam restorationis beatitudine frui, quos peccatum depresso in ultime maledictio barathrum. Quomodo Pincerna Ægyptij prius oportuit peccatum, aut purgari apud Regem, aut à Rege condonari, quam restituueretur in primitum gradum.

IV. Sanctificationem vero dicimus, iustitiam inherenter cuique iustificato: id est, habitum; ac proinde qualitatem quandam, qua vere, ac reapse insit: ut deposito habitu vito, quem habuit à nativitate, auxit etiam multis ac frequentib. actionib. malis, nouum induat, tum mente illustratus, ut sciat voluntatem Dei, tum voluntate reformatus, ut eadem delectetur, tum virib. confirmatus, ut actu impletat; quam nouit iam, & amat. Itaq., quomodo paries albus dicitur per inherenter sibi albedinem, homo etiam doctus, per insitam multarum rerum cognitionem: ita, fidelis quilibet iustus, sanctusque (hac quidem ratione) per iustitie sanctitatisque qualitatem propriam quam se habeat.

V. Hoc igitur interest inter Iustificationem, & Sanctificationem, quod hæc sit qualitas inherens: illa vero minime, sed tota extra hominem, nimirum in Deo, qui miserum peccatorem, nec vero perse, aut in se alium, quam miserum peccatorem, dignatur admittere, tanquam iustum, mortus propria sua misericordia. Quomodo cum seruo decies mille talenta dimittiebat Rex ille, Matth. 19. motus propria clementia, haud aliter eum censeri volebat, quæ si tantum nomen alieni æris, ære proprio plene dispunisset; quanquam ne teruncum quidem de suo soluisse.

VI. Quæ quidem de re ipsa dicta volumus. Non enim sumus tam inepti vocabulorum estimatores, ut nesciamus, aut tam importuni Sophistæ, ut nolimus, Iustificationis, Sanctificationisque voces permutari. Imo Sanctos hac præcipue ratione scimus appellari, quod in Christo habent remissionem peccatorum: & legimus in Apocalypsi: Qui iustus est, iustificetur ab hoc, quod nisi de profectu inherenter iustitiae nequeat intelligi, & aliis forte locis non negamus præmisce venire in vsum: apud Patres maxime, quorum fuit ab Apostolis æras remotior, nec melior.

VII. Sed cum rebus adeo disparatis necessaria fuerint distincta nomina: putauimus impune: impune autem: imo cum laude posse à Scriptura, ut rerum naturam Theologicarum, sic vocabulorum vsum mutari. Itaque iustificationem maluimus cum Paulo ad Romanos, & ad Galatas, priorem illam partem appellare: alteram autem Sanctificationem: quia legamus ad Corinth. 7. Ut sancta sit cum corpore, tum spiritu. Imo etiam haud aliter

Paulum

Paulum viuppare ad Thessalonices, ut i. ad Thessalonices 4. ad Roman. 6. item
ad Corin. 1. ad Corin. 6. 1. ad Thessalon. 5. Quanquam, si cui aliter sedeat
animos, protestamur nolle auctoritatem.

C A P. II.

Calumnia Papistarum.

I. Ab hac distinctione lucem accipit calumnia; qua nos aduersari gratiantur; quasi omnem inherenter iustitiam à fideli alienantes. Sapetus id falsitate Caluinismi nobis imputat. Non esse nos iustos, nisi sola imputatione iustitiae Christi, non autem illa inherente qualitate. Becaus opus. 4. tom. 1. de Iustificatione Caluinistarum, cap. 2. Caluiti propositum esse, in iustificatione non infundi gratiam & iustitiam inherenter. Casterus Enchir. cap. 6. negat à nobis in iustificatione agnosci illam mutationem internam: aut unquam hominem esse iustum sanctum: sed tantum haberi instar sepulchri dealbati, quod foris mundum appareat, intus vero plenum sit ossibus mortuorum. Et in obiectione 8. sic inducit argentes: Christus est iustitia nostra: nulla est ergo alia iustitia in nobis. Campianus ratione octava, eas partes nos assignare gratiae, ut neque infusas cordibus nostris, neque ad resistendum celeribus valida: nec emendet impios, aut purget, aut illuminet, aut ditet. Hinc & Bozius de Signis Ecclesiastib. 8. c. 5. Ut aeternam, inquit, salutem consequaris, & sis sanctus, aut omnes Protestantes nihil est necesse boni aliquid velis, moliaris, aut facias. Christo fidas, impune quiduis audias, & ad exitum perducas.

II. Tanta calumnia occasionem indicat Becaus ex Caluino Institutionis libri 3. cap. I. segm. 3. Vides non in nobis, sed in Christo esse iustitiam nostram. Et cap. 16. segm. 1. Quare ergo fide iustificatur? Quia fide apprehendimus Christi iustitiam, qua una Deo reconciliatur. Et in Antidoto confession. 6. ad Can. 8. Falso esse contendit, ullam iustitiam partem in qualitate sitam esse, vel habitu, qui in nobis residet.

III. Immanem, ita me Deus amet, calumniam. Nos ne ita docere, qui scimus, quicumque sic doceat, hunc à fundamentis euertere religionem omnem, nedum Christianam labefactare? Qui scimus fidem sine operibus, esse fidem Diabolorum, apud Iacobum? Qui scimus à Paulo se uere coercitos eos, qui tam absurdre abuterentur iustificatione per gratiam, ut docerent permanendum in peccatis: ad Roman. 6. Qui tam diferte legimus Apocal. 2. Habet qui teneant doctrinam Nicolaitarum: quod odi? Qui ignorare nō possumus illud Christi oraculum. Dico vobis, nisi abduauerit vestra iustitia plusquam Scribarum & Pharisaeorum, vos nequaquam ingressuros in regnum coelorum? Qui denique pœnitentiam singulis Scriptura paginis commendatam obseruanus, & quidem ab ea ipitum repeti Christianitatis Athenæ, ita pro Christianis, εἰδη δὲ οὐτας σπερι καὶ αἱ μελιναὶ καὶ περιφεραὶ εἰλαῖται λογοῦσαι ἀπεργεῖσι. Si solam hanc presentem vitam nos vivituros crederemus, suspicitionis faret locus, nos carnis & sanguini indulgentes, aut auaritiae, aut concupiscentiae, aut peccare. Sed nos profectio, οὐ περικύρωτοι οἱ καυστροί, οἱ λαβάροι, καὶ τὸ ημέραν τὸ θεῖον οἰδηδόρων. Omnis, & cogitationibus, & sermonibus nostris, tum noſtis, tum interdui, Deum adesse scimus.

IV. Quidquid non modo Zachariam, ac Elizabetham coniuges, aliosque non paucos iustorum titulo videmus insignitos, vt pote incedentes in omoibus mandatis & constitutionibus Domini inculpare? Sed etiam homines in duos ordines distributos ab hac ipsa differentia, Qui secundum carnem sunt, qua carnis sunt sapientes: qui vero secundum spiritum, qua spiritus: ad Roman. 8. Et, Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Et, si secundum carnem vixeritis, futurum est ut moriamini: sed si spiritu actiones corporis mortificetis, vivietis. Quidquid fulminibus quis nos crediderit nō potuisse percitti. Ad Roman. 1. Palam est ira Dei à cælo aduersus omnē impietatem & iniustitiam hominum Ad Coloss. 3. Mortificate membra vestra terrena: scripturam, impuritatem, molitatem, cupiditatem malam, & auaritiam, qua est idolatria: ob quod venit ira Dei in filios contumaces. Mitto alia plurima. Sed hæc certe non possunt aut omnia, aut singula cuiquam esse auditæ, nēdum persuasa, tam impure sentienti de Christiana iustitia.

V. Et vero vindicabit nos à tanto scelere disertissimus Confessionis Galliæ art. 2.2. Credimus, nos qui natura serui sumus peccati, hac eadem fide intercedente, in nouam vitam regenerari. Recipimus autem per fidem hanc sancte vivendi gratiam, dum promissionem illam Euangelicam amplectimur, quod daturus sit nobis Dominus Spiritus sanctus. Tantum abest igitur, ut bene sancte, vivendi studium extinguat: ut etiam illud creat & inflammet in nobis, unde bona opera necessaria consequuntur. Et quis, quæso, que sic describitur, esse hanc neget inherenter iustitiam. Quis eos, qui ea sunt prædicti, neget aliquas latenter ratione esse iustos?

VI. Sed nimur immanni odio occupati Papistæ, omnia confundunt, nihil distinguunt, ne disparatisima quidem. Nam iustitiam si intelligas, illud quicquid tandem sit, vnde apud Deum, quo iudice stare quemque, vel cadere necesse est, cuiquam homini iustificatio sit, tum nos vero, hæc intra hominem nullam dicimus reperi posse: nullam, inquam, inherenter, nullum habitum, nullam qualitatem: totam potius in ipso Deo miserante, inque eius gratia, qua hominem in se vere peccatorum, & tantum peccatorum, ac propterea iuste damnandum absolutum, id est, iustificari.

VII. At hoc non obstat, quominus in eodem homine sic gratis iustificato aliud quoddam genus agnoscamus iustitiae, nempe inherenter, qua vere sit & habitus, & qualitas, quaque eti non veniat in censem coram Deo, ut propter eam iustificetur quis, tamen longe sit aliena à corruptione illa naturali, qua nō regenitos præcipites agit in omne genus scelerum, nec inuitos. Qualem iustitiam Paulus in se agnoscebat, cum se sentiebat velle bonum, quod non faceret, nolle malum, quod faceret, ad Roman. 7.

VIII. Deprehenditur ergo manifesta calumnia, quam distinctione prorsus dissimulata inter iustificationem, & sanctificationem, inepte confundentes ea, qua non ratione tantum, sed etiam re plurimum inter se differunt, & absolute pronunciant de iustitia, id quod nos & non dicimus dealteria tantum, id est, de iustificatione. Quanquam etiam scimus, quam sit de-

Tom. III.

hac ipsa iustificatione Papistarum sententia, quamque altera à nobis, negamus tamen debuisse, non tantum verbis, sed etiam suo sensu, nostros sensus corrumpere.

IX. Nec vero Caluinus, quem Becaus suæ prætexit calumniæ, vt ne tam sanctum nomen non röderet, docuit in quantum in iustificatione nullam infundi gratiam, nullam inherenter iustitiam donari. Imo contra, disertis verbis, negavit illam ab hac separari, non tantum scribens, quod Becaus ipse, quantumvis, aut prædicidic luscus, aut etiam odio cœsus, non potuit non obseruare, infundi fidem, quæ sine dubio est gratia, & quidem inherenter, ei que annectissem, & charitatem: sed etiam tamen affereat id ipsum, quod nos diximus.

X. Audi, quid in Ioann. 17. inquit hæc verba, Pro his sanctifico meipsum, annotauerit, His verbis clariss explicat, ex quo fonte fluat illa sanctificatio, qua per Evangelij doctrinam in nobis peragitur: nempe, quia ipsa se consecravit ut eius sanctum ad nos perveniret. Sicut enim à primis benedictio diffunditur in totum prouenitum: ita Spiritus Dei nos Christi sanctitate aspergit, faciens eius participes. Neque id imputatione solum, nam hac ratione dicitur factus nobis esse iustitia: sed dicitur etiam factus esse nobis sanctificatio, quia nos in sua persona quadammodo Patri obtulit, ut Spiritu eius renouemur in Veram sanctitatem. Audi rursus, quid in 1. ad Corinth. 1. in que illa solemnia verba, Factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Terzo vocat sanctificationem. Quo intelligit nos alioqui natura prophanos, spiritu eius regenerari in sanctis atem, ut seruamus Deo. Unde etiam colligimus non posse nos gratias iustificari sola fide, quin simul sancte vivamus. Ita enim gratia, quasi dividuo nesci coherens, ut qui eam separare nesciatur, Christum quodammodo descerpat. Proinde, qui per Christum gratuia a Dei bonitate iustificari querit, cogitet fieri hoc non posse, quin simul in sanctificationem eum apprehendat, hoc est, eius Spiritu renascatur, in vita innocentiam, & puritatem. Institutionis lib. 3. c. 3. Proximus à fide, ad poenitentiam nobis erit transitus: quia hoc capite cognito, melius partebit, quomodo sola fide, & mera venia, iustificetur homo: neque tamen à gratuia iustitia imputatione separetur realis (ut ita loquar) vita sanctitas. Et c. 11. Summa hæc fuit, Christum nobis Dei benignitate datum, fidem à nobis apprehendit, ac possideri, cuius participatione, duplex potissimum gratiam recipiamus, nempe, ut eius innocentia Deo reconciliat, pro iudice propitium habeamus in celo Patrem: deinde, ut eius Spiritu sanctificari, innocentiam, puritatemque vita meditemur.

XI. Non debeo omnia transcribere. Sed in eo ipso libro, quem librurn Sophista putauit aptissimum, suæ calumniæ veneno, libro, inquam, de Veraratione reformandæ Ecclesiæ, Nunquam reconciliamur, inquit, Deo, quia simul donem inherenter iustitia. Quid expectat calumniator? Non audit inherenter iustitiam, quidam ille tamen, putabat nullam apud Caluinum legi? Et hanc infundi? Et infundi, cum reconciliamus Deo? Imo disertius, nunquam reconciliari nos Deo, ut illa non infundatur? Et simul infundatur? Quæ tibi ergo frons fuit, tam clare pronunciasti, hoc illum negare, quod ille tamen totidem verbis affirmat; Et clariss in Antidoto, Neque negandum est, quin perpetuo consuenda sint, ac cohærentia duas istas res, sanctificatio, & iustificatio: sed perperam inde infertur, unam ac eandem esse. Estemur ergo, simul atque iustificatur quipiam necessario innovationem quoque sequi. Nec vero de eo ambigitur, an sanctificet Christus, necne, quoscunque iustificat: hoc enim est lacrare Euangelium, adeoque ipsum Christum desertere, si quis iustitiam, quam fidei consequimur, separare velit à pœnitentia.

XII. Ex his atque alis plurimis, quæ ex tanti viri scriptis facile colliguntur studiosus lector, satis, superque claret constitui à Caluino aliquam in homine Christiano iustitiam inherenter, quæ non in imputatione, sed consistat in reali innovatione: & eam quidem ita necessariam, ut sine ista, nulla sit illa. Quid igitur Sophista supereft? An ut illud sibi soleme ingemint, sibi Caluinum contradicere? Nam, & Feuardentius id potuit in animum inducere suum. Sed hæc mera est stupiditas, aut desperatissima dñno. Nam si semel & obiter inherenter sanctificationis meminiisset Caluinus, possem concedere sui ipsius oblitum, sibi incautum contradicere. Sed vtrumque cum sic constans Caluini dogma: hac vero contradictionis quis sanus possit imputare? Tum autem si nullam distinctionem expressifuerit: si varias questiones nunquam separasset. Sed profecto non sibi hac parte defuit, vit, si quis unquam fuit, in docendo cautissimus, sibiq. maxime cōstans.

XIII. Et solet quidem interdum illi sua esse fraudi breuitas apud calumniatores: tamen, qua dicam vertigine illusum fuisse Becaño, ut non videat expressam distinctionem, iis ipsi locis, quos citat in Antidoto, Non n. aut fidem somniamus bonis operibus vacuam, aut iustificationem, quæ sine illa cōficitur: hoc tamen interest quod cum fidem & bona opera necessario inter se cohærente amur, in fide tamen, non operibus, iustificationem ponimus. Id q. aratione, facile explicare promptum est, si ad Chrysostom modo conuertamur, in quem dirigitur fides, & unde totam vim accipit. Nos opus est pluribus. Nam n. opinor, intelligunt omnes, geminam questionem ponit: nam, vnde sit homini sua apud Deum iustitia; alteram, an hæc iustitia sit absque illa inherenter iustitia. Quomodo si queras, vnde sit homini sua corporis & cœli, & an sit illa xœli dñs. Nam, sicut verum, nullum esse bonum corporis habitum valentemque, vt non sit simul bonus color, & tamen non sit ille habitus ab hoc colore: ita nihil absurdum, si neges iustificationem esse in bonis positam operibus, & neges tamen ab ijs esse.

XIV. Quo loco, necesse est immadrem Beeani, sive stuporem mirari, non assequentis Caluinum; sive vafritem detestari dissimulantis, ut hanc eludat distinctionem. Quum enim vult distinguere iustificationem à Sanctifications, & hanc constituit in innovatione mentis, Annon miseri est, inquit, & desperat hominis, cum in rebus ipsis non possit, in solis vocabulis elab̄ velle? Dere erat quæstio, an homo quum iustificatur, acquirat iustitiam & sanctitatem inherenter.

XV. Sed Caluinus, inquam, de re agit serio, non vocabulis ludit, qui mos ab eo est alienissimus. Et docet, non tantum ratione distinguere, sed etiam iuste, iustificationem & sanctificationem. Non quod necsierit interdum misceri vocabula, sed quia existimat, quæ re vera distinguuntur, debere etiam nominibus secerni. In quo longe ille profecto cautor fuit, quam Papistæ, qui Latram, Dulam, & Hyperdulam gartunt: ex eadem tamen notione, vt, qui putarunt disparati sapientia, nomina distraherent, quamvis ne-

M. 3
gare ne-

garnequeant, Latiae, Dulieque nomina à sua origine esse cognata, vt vix Sophistæ possint dispescere. Qui ergo sibi id promiserunt, cur illud inuident Caluno? Distingui porro res ipsas, si nobis definiens non credunt, disputatio paulo post docebit. Nam, si probamus, non iustificari hominem apud Deum, per illam inhærentem qualitatem, quam nos Sanctificationem dicimus, tum necesse erit non esse idem Iustificationem, & Sanctificationem, velint, nolint Sophistæ; quantumvis nomina confundantur.

XVI. At quærebatur, inquit, an homo, cum iustificatur, acquirat iustitiam & sanctitatem inhærentem: Imo, inquam, illud *cum iustificatur*, sophisticum, quia ambiguum: Itaque, ineptum constituendo statui controuersia. Poteſt enim significare coniunctionem temporis, vt sensus sit, an simul ac iustificatur homo, acquirat etiam illam sanctitatem; vt, quum quis deambulans in Sole, simul calefit, & colorem mutat in fuscum. Poteſt etiam identitatem, vt ita loquar, rei: ac si dicam, utrum, cum ambulet, moueat homo: hoc est, utrum eo ipso quod ambulet, moueat: vt sensus sit, utrum sit iustificationis ratio posita in acquisitione eius iustitiae. A priori sensu falso sum, ullam quæſtionem esse, quia audiuius Caluinum clare profitem, tum cum iustificatur homo, acquiri ab eo sanctitatem inhærentem. Alterum sensum factor Caluinum negare: Sed, quis Bocanum assentietur, hunc ipsum non continet ea distinctione? Imo, quis non Bocanum dicat *καὶ μὴν γλωσσάς*, qui eam distinctionem dolorum vocabulorum esse dicat?

C A P. III.

De Sanctificationis gradibus.

I. Absterea tam impudente, tamque infami calumnia, de re agamus deinceps; id est, vt polliciti sumus, de Sanctificatione: Et primo quidem, de perfectione: deinde, de partibus, nempe Fide, & Operibus.

II. Sanctificatio polita est in innovatione hominis: vt, qui ante fuit tantum peccator, incipiat esse iustum: &, vt cum Paulo loquar, ad Rom. 6. qui sistebat membra sua ferua impuritati & iniquitati, ad iniquitatem: eadem sifat serua iustitiam ad sanctimoniam. Estergo sanctificatio, habitus inhærens homini regenito, habens obiectum quicquid vere bonum est, iustum, & sanctum, ad quod fertur, vt opere impleat, quod verbo iubetur a Deo. Itaque, oppositus habitui illi quem à natura corrupta traximus, deferenti nos in ea, quæ contraria sunt voluntati diuinæ. Descripsit eam Apostolus, his verbis, ad Tit. 3. *Illuxit gratia illa Dei salutis era omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegata impietate, & mundanu[m] cupiditatibus, temperanter, & iuste, & pie uiuamus in presenti seculo.*

III. Denique, hic fons est, hec scaturigo omnium bonorum operum, quib. quemq; oportet sedulo studere. *Dein sumus opus* (ad Ephes. 2.) *cōdīti in Christo Iesu ad opera bona, quæ preparauit Deus, vt in iis versemur.*

IV. Huius Sanctificationis causam efficientem agnoscunt Christiani, vicinam Dei gratiam, siue Spiritum Sanctum agentem in corda fidelium: efficientemque potenter, vt & velimus, & perficiamus, ad Philippienses secundo: quandoquidem non sumus idonei ex nobis ipsis, ad cogitandum quicquam, velut ex nobis ipsis; sed, quod idonei sumus, id ex Deo sit, 2. ad Corinthios secundo.

V. Itaque superest inquirendum, qualis ea sit in homine sanctificatio perfectane, an vero imperfecta. Et quia, vt diximus, Sanctificatio opponitur statui peccati, facilis horum verborum sententia est. Nam, in quibus qualitatibus oppositio est, accedit plerumque, vt quæ res secundum eas qualitates & tenebratum: Itaque, lux & tenebrae, qualitates sunt temporis oppositæ: Et diei qualitas, lux: & considerantur, variis gradibus distinguantur: quatenus plus minusve recedunt ab alterutro extremo. In quibus gradibus perfectæ appellantur, qui inter se plurimum, &, vt aiunt, *en 2/3* & *2/3* *me* distant. Reliqui inter utrumque positi. In illis, qualitates illæ singule seorsim sunt, non inter se mixte: In istis autem, varia extremonum mistura. Sic in tempore, dies est & noctis, à disparatione lucis autem, tenebrae. Est vero ita comparatum à natura, vt non subito transitus fiat ab extremo ad extremum, quomodo à vita in mortem, à morte in vitam, sed paulatim. Itaq; inter noctem & diem, media crepuscula; in quibus lux est equidem, sed non sine tenebris sunt & tenebrae, at non sine luce. Perfectus autem dicitur dies, in quo nullæ tenebrae: noctis etiam perfecta, in qua lux nulla.

VI. Ab ea imagine, facilis nostræ quæſtionis intellectus: vt perfecta sanctificatio intelligatur absque vila peccati ratione: Imperfecta autem, quæ etiam discedat ab extremo, quod est in solo peccato: tamen non sit in altero, in quo est sola iustitia: sed consistat intra hæc extrema: ac proinde retinet a liquido à peccato labis, quantumvis accedens, aut etiam magis accedens ad iustitiam.

VII. Catholici primo, hominum distinguunt ordines, Infidelium, & Fidelium. Neque ad illos pertinere agnoscunt hanc, de qua loquimur, sanctificationem. Nam, eti sciant, non omnes infideles eodem aut modo, aut gradu corruptos, ex épli gratia, Nestorem, & Aiacem, Aristidem & Hyperbolium Catonem, & Catilinam: imo teneant non esse alios alijs minus sceleratos, nisi ex quadam peculiari gratia Dei, quæ quibusdam communiqueret: tamen Sanctificationem nullis infidelibus communicant: quomodo ne crepuscula quidem diei assignant mathematici.

VIII. Sed rursus in ipsis fidelibus, viam distinguunt à Patria, id est, statum huiusvitæ, à statu vitæ futuræ. Ac cum dari fatentur statum aliquem perfectæ sanctificationis: cni nihil erit admixtum peccati: videlicet in patria; hoc est, in vita beata: cum Deus erit omnia in omnibus.

IX. Ast in via; id est, in hoc statu vitæ, per quem tendimus in illam patriam; negant ullam sperandam Sar. & ficationis perfectionem; sed tantum gradus ad eam plus minusve accedentes: adeo vt nemo tantum progressus sit, vt non viterius possit: imo vt non viterius debeat: vtnde illud Apocalyp. 22. *Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.* Item 1. Ioann. 3. *Quisquis habet hanc spem, purificabitur.* Itaque pronunciant Catholici nullam dari in hac vita hominis peccatoris sanctificationem tantam, vt non habeat admixtum peccatum; & longe ab sita perfectione, ad quam tendit.

X. At Papistæ, eti non ægre videantur erre afferentes neminem dari non peccatorum: tamen nullam dari possit iustitia perfectionem pati non possunt, & eam ob causam vehementer in nos insurgunt: Capita disputationis erunt, Vnum de Concupiscentia, alterum de Actibus mortalibus.

C A P. IV.

Status Controversia de Concupiscentia.

I. DE Concupiscentia disputatione Papistæ Lindanus Panoplia lib. 4. c. 34. Alphonsus de Castro, hæfesi 4. de Precepto. Ioann. Fischer, Roffensis ad 2. art. Lutheri. Billik in defensione iudicij Coloniensis. Tapperus in explicatione art. 2. Panigarella lect. 7. Peltanus de Peccato originali tr. Et 14. & 15. Greg. de Valencia, de peccato Originis c. 7. & 8. & tom. 2. in Thomâ, disput. 6. qu. 4. punct. 2. Bellarmin. de Amisione gratiæ lib. 5. cap. 5. & deinceps. Perierius in Epistolæ ad Romanos caput septimum disputatione septima, octaua, nona.

II. Nostri, Caluinus Institutionis lib. 3. c. 3. Cheminitius Examinis tom. 1. Martyr locorum Classis 2. c. 1. proprio disputans de Peccato originali. Parens contra Bellarm.

III. Catholici Concupiscentiam dicunt esse peccatum semper. Confessio[n]is Gallicæ artic. 11. *Credimus hoc vitium esse peccatum, quod omnes & singulos homines, ne parvulis quidem exceptis adhuc in utero matrum delitescentibus, aeterna mortis reos, coram Deo peragat. Afferimus quoq[ue] hoc vitium est post baptismum esse vere peccatum, quod ad culpam attinet: quoniam, qui filii Dei sunt, minime idcirco condemnantur: quoniam videlicet Deus pro gratuita sua bonitate & misericordia illud ipsis non imputat.*

IV. Neque hæc vero Concupiscentia alia intelligenda, quam quæ nunc est in homine; nimur post peccatum: non vero qualis, quatenusque est naturalis appetitus, ab ipsa creatione inditus. Sic enim peccati rationem habere nullo modo potest. Vnde fit, vt Concupiscenti vocabulum sit medium, & commune tam bonæ quam malæ inclinationi voluntatis: vnde, non tantum Apostolus carnem dixit concupiscere contra Spiritum: sed etiam Spiritum contra carnem, ad Galat. 5. Christus ipse Math. 23. multi Prophetae & iusti, in h[ab]itu concupiscentiæ videtur quæ videtis. Et 1. ad Timoth. 3. *egregia iniquitatem, bonum opus concupiscit. Quid? quod ipse de se Christus Luc. 22. in qua via in iudei uxori, Concupiscentia concupisit, sive desiderio desiderauit hos Pascha vesti vobis.*

V. Nec vero vocabuli ambiguitas incertum statum efficit controuersia. Quia Papistæ, non in genere de concupiscentia agunt: sed proprio de hac ipsa quæ corrupta est, quatenus corrupta est; quam designant nomine fomitis, Haræticis (inquit Perierius disput. 8. in 7. ad Roman.) *centent motus concupiscentia ad res illicitas, quibus incitatur homo ad concupiscentium aliquid contra legem Dei, & regulam rationis, vere ac proprie peccata esse, eti eis non adgit ratio[n]is & voluntatis consensus. Catholici vero id pernegerant: affirmantes, tantu[m] prohiberi concupiscentiam ex deliberata ratione, & voluntatis electione proueniensem. Quanquam nugaciter nimis, quos concupiscentia motus dixit, statim explicet eos, quibus incitatur homo ad concupiscentium: quasi non concupiscentiam ipsum diceret, quia concupiscentius, sed nescio quos motus hanc præcedentes. Ille videtur: nos tantum subtilitatem non assequimur; & simplicius intelligimus vim illam, quæ in homine est, post corruptionem primam, quæ inclinatur ad peccata. Hanc nos in quoq[ue] tandem homine sit, peccatum esse dicimus, vere, proprio, & per se.*

VI. Nec tamen illud admittimus Peltani, Concupiscentiam explicantis per se sumptum, vim quandam animæ ad carnis oblectationem propendentem. Nam carnis oblectamenta per se mala non sunt: itaque, nihil prohibet quod minus absque vilo peccato in ea propendat anima. Etenim ante peccatum & in Paradiso terrestri, sicut quædam oblectamenta carnis, satis, opinor, diferte innuit Moses, 1. Genes. cum cibos dicit assignatos Adamo, & 2. dicitur: *Et germinare fecit Deus ex terra omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suæ: vel melius ad Hebraicam veritatem, arborem concupiscentib[us] visu, vt Sancti expressit: & bonam ad vescendum.* Et credimus ex ipsa vi vniuersis, qua sit una vno[u]ris animæ & corporis; illam non posse alienam esse à corporis commodis.

VII. Nec potest ex eiusu Peltani, socioria: cum hæc sint diserta Caluini verba, quæ potuit legere: Institutionis libr. 3. cap. 3. §. 12. *Sic cui absurdum videtur, ita in uniuersum damnari cupiditatem omnes, quibus homo natura lieta afficitur, quam ab Deo indire sint naturæ autore: respondemus, nos nequaquam eas appetitiones damnam, quas hominis ingenio Deus sic à prima creatione insculpsit, vt inde eradicari, nisi cum ipsa humanitate, non possint: sed tantum insolentes effrane que motus, qui cum Dei ordinatione pugnant, iam vero, quum ob natura prauitatem omnes facultates adeo vitiæ & sint ac corruptæ, vt in omnibus actionibus emineat perperua a meæ & intemperies: quia ab eius modi incontinentia separari nequeunt appetitiones, ideo vitiæ esse contentimus. Aut si paucioribus verbis summam habere liber, omnes hominum cupiditates malas esse docemus, & peccati reas peragimus: non quatenus sunt naturales, sed quia inordinatae: inordinatae autem esse, quia ex natura corruptæ & polluta nihil puri ac sinceri oriri potest.*

VIII. Audiant, non ipsam concupiscentiam peccatum esse, quatenus est materialiter ab hominis natura: sed quatenus est formaliter talis ab hominu[m] natura vitiata. Quomodo sane ipsi, ipsi, in qua, Papistæ definitur h[ab]itum concupiscentiam esse vere peccatum ante regenerationem: nō ratione sui, inquit Bellarm. de amissione gratiæ lib. 5. c. 13. sed ratione reatus peccati originalis, qui cum ea annexus manet usq[ue] ad Baptismum. Nos, qui addimus etiam usq[ue] ad mortem; ne miretur quisquam dicere etiam in renatis eandem concupiscentiam esse peccatum, propter eundem ipsum reatum annexum; eti alioquin per gratiam condonatum.

IX. Nam ita vñus est, vt peccatum appelletur, non tantum in abstracto ipsa peccati formalitas, sed et in concreto, eti non omnia, tamen quædam, quib[us] peccati formalitas heret, numirum immediate: ita vt propterea homo dicatur peccator. Sic peccatum est voluntas: at non propriæ quidē ipsa per se voluntas: sed propter concretam formalitatem peccati; quæ ita ei primo inharet, vt ho-

mini propter eam: est enim Voluntas proprium peccati subiectum, unde nullum nisi voluntarium. Est autem concupiscentia voluntas, i. voluntatis inclinatio ad malum. Itaq; si non sit ipsa per se peccati formalitas, tamen propter hanc sibi harentem, vere & recte peccatum dicitur. Id nos nunc imus probatum.

C A P. V.

Concupiscentiam Paulo esse vere peccatum.

I. Prima nobis demonstratio ex 7. ad Rom. ut pro eodem promiscue sur patut Concupiscentia, & peccatum. Describo. Quum essemus in carne, affectiones peccatorum, per legem existentes vigebant in membris nostris, ad fructu ferendū morti. Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit. Imo peccatum nō cognovit nisi per legem: nam etiam Concupiscentiam non nossem, nisi lex dixisset, nō concupisces. Sed peccatum occasione sumpta, genuit in me omnem cupiditatē per illud mandatum. Nam absq; lege peccatum est mortuum. Et post, Nam peccatum occasione accepta seduxit me per illud mandatum, & per illud occidit. Itaq; lex ipsa quidem sancta: & mandatum illud sanctum ac iustum & bonum. Ergo quod bonum est, mihi factum est mortiferum? Absit. Imo peccatum, quum, ut proderetur esse peccatum, mihi per id quod bonum est, gigneret mortem.

II. Hactenus Paulus: cuius mentem hanc esse, ut concupiscentia significet peccati nomine, ipsi agnoverūt. Papistē Perierius, disp. 8. in hoc cap. Vocabula peccati. Apostolus intellexit somitē, siue Concupiscentiā è peccato natam, & incitantē ad peccatum. Caietan. Nomine peccati significatur fomes internus, hoc est, inferior pars animi tendens ad bonū delectabile, secundum sensum seu mundū. Quibus afferunt Sā, Peccatum, inquit, id est fomes. Salmero, Voce peccati Ambrosius intelligit dāmonē, qui homini causa fuit & initii peccati. Sed re vera hac significatio lōge à sua proprietate vocē distrahit. Quare Augustinus, rectius somitē intelligit, seu habitualē concupiscentiā in carne hominis habitat ē, qua inordinate edit ad bonū delectabile secundum sensum, & mundū, & ad omne malum impellit. Stapletonus in Antidoto, Peccatum, id est, prauitas vitiosa cordis humani.

III. Et vero, vix opus testibus in re tam manifesta. Nam & concupiscentiam diserte legimus adductam in exemplum, ut probetur per legem esse maiestationem peccati: & nō māthēm rōv & p̄ḡnū, quid possunt esse, nisi mortis illi, quos in se habet homo, quibus fertur in peccatum? Et peccatum seducere per mandatum, non potest ad singularia peccati opera referri, quæ non ipsa nos seducunt, sed sunt potius à nobis seductis. Et denique peccatum summe peccans, non potest, nisi de origine omnium nostrorum actuum malorum intelligi. Itaque necesse est non aliam, quam concupiscentiam.

IV. Hoc constituto clara sunt omnia: nam patet, Concupiscentiam Paulo adeo peccatum esse, vt nō r̄t̄ īz̄x̄l̄ hoc ei nominis quasi eximium reseruarit. Quoniam nihil absurdius dici potest, si falsum sit. Concupiscentiam esse peccatum.

V. Respondent varie. Primo distinguunt peccati significaciones. De Castro docet hanc dictiōnē Peccatum aequiuocam esse; aliquando capi pro hostia, quæ offertur pro peccato, 2. ad Corinth. 5. Et ab hac significatiōne nunquam dici quemquam peccatorem. Aliquando vocari peccatum, causam allientem, aut impellentem ad peccatum, vel pœnam peccati: & ab hac rursus significatio neminem dici peccatorem. Tertio, sumi peccatum pro culpa, & Dei offensa, quam voluntas nostra transgrediendo Dei præceptum committit, & propter quam voluntas sic peccans rea efficitur alicuius pœnæ infligenda: & hanc esse solennissimam eius vocis significatiōnē.

VI. Paulum ergo, c. ad Roman. 7. peccatum nominare, non primo aut postremo sensu, sed secundo. Quod etiam Greg. de Valentia sensit. Respondeo inquit, cum Patribus concilij Tridentini: concupiscentiam in renatis, ut integrā iustitia caret, nominari ab Apostolo peccatum non proprie, sed metaphorice: quia nimur à peccato profecta est, & ad peccatum inclinat. Probat Alfonius. Quia postquam dixisset Paulus peccatum, quod in se habibat, operari malum, statim subiunxit, scio n. quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. De Valentia autem ab autoritate Augustini in libr. de nupris & concupis. declarantis dici concupiscentiam in renatis peccatum, sicut Scriptura dicitur manus, quoniam est à manu: & loquutio dicitur lingua, quoniam à lingua procedat.

VII. At ego in isto: & i. concedo distinguiri significatiōnes peccati: sed duas tantum, quas Alphonsi primo posuit & postremo loco. Secundum vero membrum nego: & dico esse fictiū, inueniū ad fūcum faciendum huic loco; adeoq; nullum præterea induci posse exemplum simile. Quod cui non fiat suspectum. Sed doceo peccatum hic nominari sensu illo tollēnissimo, ab ipsa Alphonsi descriptione: nimur quia hic Paulus significet offensam Dei: significet transgressionem præcepti: & quidē à voluntate: deniq; propter reatum pœnæ infligenda. Nam, si hæc vera est descriptio tertiae significatiōnis, hoc est, cum peccatum sumitur pro culpa; & locū haber in his Apostoli verbis: sum opinor, nihil obstat quominus securus concludam. Concupiscentiam appellatam peccatum, vt sit culpa.

VIII. Offensam Dei significari quis neget, si transgressionem præcepti diuinī? Nam Deus aliter offendī non potest, quam cum violantur eius edicta. Transgressionē vero præcepti, non potuit luculentius describere Paulus, quā cum opposuit præceptum. Quomodo n. præceptum non furandi quis transgreditur, cum furatur: & non occidendi, cum occidit: & non mœchandi, cū mœchatur: ita & non concupisendi, cum concupiscit. Quare in concupiscentia, manifesta transgressio est disertissimi mandati: ideoque & offensa Dei.

IX. Nisi forte transgressionem concedat quidem Alphonsus, at neget voluntatem transgredientem. Quod quidem est absurdissimum. Nam quia lex omnis datur voluntati, imo non datur nisi voluntati: ergo ne concipi quidem potest legis transgressio absque illa voluntate. Quid? quod ad finem capitū, hanc ipsam concupiscentiam, hoc ipsum, inquam, peccatum vocat legem rebellantem? Aut hæc quis potest à voluntate sciungere? Ad hæc, Coacupiscentia pertinet ad animam rationalem, eiusq; facultates: nam

Tom. III.

quæ proprie corporeæ sunt, rationem habere non possunt boni mali ve moralis: quam tamen in concupiscentia utriusque necessario admittunt. Cumigitur pertinent ad animam rationalem; & tamen non ad Phantasiam, nō etiam ad ratiocinationem, ergo ad voluntatem. Non pertinere ad phantasiam clarum, quia hæc nusquam inclinat hominem: sed obiecta simpliciter representat. Non pertinere ad ratiocinationem, quia est determinatio ad vnu aliiquid, quod habet pro scopo. Si ergo concupiscentia voluntatis est: non potest intelligi transgressio legis per concupiscentiam; vt non etiam per voluntatem.

X. Quid superest? An ut reatum pœnæ neget Alphonsus? Atqui primo, si transgressio est legis, ergo & reatus pœnæ: non potest n. aliter concipi. Tum autem diserta verba legis, maledictis ei, qui non permanerit in omnibus eius verbis. Sed secundo disertus est Apostolus, Repertum est illud mandatum quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum, occasione accepta, seduxit me per illud mandatum, & per illud occidit. Et post, Ergo quod bonum est, mihi factum est mortiferum! Absit: imo peccatum: quum ut apparet esse peccatum: mihi per id quod bonum est, gigneret mortem.

XI. Quare manifestum, à Paulo concupiscentiam nominari peccatum ea significatione, quam Alphonsus solennissimam esse dicit. Alphonsi argutias oppositas ego late non capio. Intelligo Paulum negare in se, id est, in earne sua, habitare bonū. Sed inde quomodo conficiatur peccati nomen non sumi proprie, fateor non alsequi: sue hæc mea stupiditas est, siue Alphonsi & meiorerat φλωεία. Nam carnis nomine intelligi naturalem illam corruptionem, quæ est à peccato: imo, quæ est peccatum: neminem, opinor, late re potest. Qui autem in ea carne negat esse quicquam boni, potest ne is non intelligere peccatum proprie dictum? De Augustino, quem Greg. obiicit, dicimus suo loco.

XII. Pelitanus negat Paulum de vero aliquo peccato conqueri: sed de graui concupiscentiæ onere, molestisq; eius certaminibus. Argumentum habet: Quia malum describat non voluntarium: Quod autem voluntarium non sit, neq; proprium sit, neq; peccatum. Nō esse voluntarium, probat: Quod se Paulus neget operari, Nō ego, inquit, operor illud, sed quod in me habitat peccatum. At quod non operor: id mea voluntatis non est peccarum. Solum n. originis peccatum in nobis sine nobis, hoc est, absq; formalis nostro cōsensu, & opere comperitur. Motus itaq; concupiscentiæ, nisi quis sponte illis assentiatur, ex Pauli doctrina non sunt peccata.

XIII. Respondeo, me paulo post argumentum à Voluntario, quo Papistæ negant concupiscentiam esse peccatum, plenius excusurum. Interca obseruo Pelitanum non bene distrahere quæ sunt connexa. Nam nos vtrumq; dicimus: Paulum & conqueri de graui illo concupiscentiæ onere, molestisque certaminibus: & afferre concupiscentiam esse peccatum. Imo propterea conqueri de onere, quia concupiscentia sit peccatum, & vere peccatum. Alioquin potuisse causa videri, non conquerendi. Nam reuera, si est ab ipsa natura, ac proinde non magis peccatum, quam esuries, aut sitis quæ concupiscentiæ quædam sunt corporis; non tantum nihil conquerendum: sed etiam si conqueramur, videamus iniuriam facere Deo, à quo illa natura sit. Multo magis, si non tantum non sit peccatum, sed etiam materia virtutis, si ei non consentiatur. Nam profecto hæc ratio omnem tollit conquerendi causam de ipsa concupiscentia. Quomodo de siti nemo conqueritur, etiam si sequatur ebrietas: sed de consequito consensu. Est autem manifestum, conquestū esse Paulum de ipsa concupiscentia. Ergo necesse est hanc vere existimatam esse peccatum.

XIV. Secundo, nego Paulum negare, hoc quicquid esse dicit à concupiscentia, esse voluntarium. Nam contra quomodo peccatum appellasset? Quāquam nūne de hoc ipso controvētitur. Sed certe, quomodo legi oppoñet; quæ non ponit nisi voluntati: ideoque posita, necessario voluntatem supponit? Imo quomodo cius pœnam expressisset, mortem? Nam nulla pœna est, nisi precedente reatu: nullus autem reatus, vbi nulla voluntas. Itaque concludo potius, hoc quicquid à Paulo describitur eo capite, esse voluntarium.

XV. Sed negavit se agere. Imo, inquā, disertius negavit se velle, Malā quod nolo, inquit. Quod certe miror à Pelitanō omnissum: nec oportuit: quādoquidem, qui verecundia fines semel transgressus sit, hunc oporteat nauiter esse impudentem: & ita sit comparatum, vt, quæ extrema mouet, remissior rideat audacia. Sed ille quoscunq; tandem suæ sophisticæ fines præscripsit, nos tamen non debemus pati, tam facile nobis imponi.

XVI. Enim uero qui dixit, Nō ego id perpetro, sed peccatum, quod in me habitat: id dixit & ter dixit, se facere, Si quod ego nolo, hoc facio. Et iterū: Malum, quod nolo, hoc ago. Et tertio, Quod si id facio, quod ego nolo. Se ergo facere afferuit, contra quam Pelitanus voluit. Quod si ille putauit merito ponere, quod non operamur, id nostræ voluntatis non esse peccatum: quod tamen experientia refutare possit: quod multa nos velle constet, & male velle; quæ tamen nō operemur: at ego multo iustius: Quod nos facimus, id esse nostræ voluntatis peccatum. Itaq; à Paulo describi quid voluntarium ideoq; vere peccatum.

XVII. Sed dixit tamen Paulus se non facere Ita est, inquam: sed idem etiā Paulus distinxit, quomodo se nolle diceret, & tamen velle: nempe secundum interiorem hominem, & secundum carnem. Non ergo negavit simpliciter se facere: sed nō. Ac proinde peccatum in se inhabitans dixit facere. Nam cui se speret persuasurum Pelitanus, peccatum in Paulo inhabitans, reapse differre à Paulo? Itaq; sensus: ego quidem facio: at non qua regenitus, sed qua venundatus sub peccato. At nondum probauit Pelitanus, non esse peccatum, nisi quod absolute aut velimus aut faciamus. Nos autem scimus id etiam esse peccatum, quod etiā non absolute, tamen velimus & faciamus secundum carnem.

XVIII. Sed hactenus isti: Nam aliter alij respondent. Renatus Benedictus in Panoplia: Hoc loco aburuntur, inquit, ignoranter, qui ex eo colligunt adhuc in regeneratis manere re vera peccatum, ipsumque concupiscentiæ somitem peccatum esse contendunt. Nam manifestum est ex ipso textu, Apostolū loqui de homine nondum iustificato, qui quidem duce natura, & lege docente, vult facere & amat bonum, quod exsequi non valer; quia adhuc est sub potestate peccati. Secus autem longe est de homine iustificato, in quo non dominatur peccatum. Hanc expositionem cōfirmat finis capitū, in quo ita habetur, Infelix ego homo, quis me liberabit?

M 3

copia

*corporis mortis huius? Sequitur responsio: Gratia Dei per Iesum Christum Domini nostrum. Eandem etiam confirmat initium octauis capituli. Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant: lex enim Spiritus vitae in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati, & mortis. Vnde collige, quod in fine praeced. capituli loquebatur de homine non regenerato in sua persona; ut nunc de iustificato in eadem sua persona, *Factenus Renatus.**

XIX Nec v.

XIX. Nec vero defuit olim , cui nesciens videretur Apostoli. verum hisperabantur desilisse post Augustinum : qui cum in illis esset , mutauit sententiam melius doctus . Testis ipse contra Julianum lib. 6. c. 11. Non ergo solus aut primus sic istum locum intellexi , quo euertitur heresis vestra , quemadmodum vere intelligendus est : immo vero ego prius eum aliter intellexeram , vel potius non intellexeram , quod mea quedam illius temporis et iam scripta restantur . Non mihi enim videbatur Apostolus , & de se ipso dicere potuisse , Ego autem carnalis sum , cum esset spiritualis : & quod captiuus duceretur sub lege peccati , qua in membris erat eius . Ego enim putabam dici ista non posse , nisi de iis quos ita haberet carnis concupiscentia subingatos , ut facerent quicquid illa compelleret , quod de Apostolo dementis est credere : cum etiam innumerabilis multitudo sanctorum , ne concupiscentias carnium perficiat , contra carnem spiritu concupiscat . Sed postea melioribus & intelligentioribus cessi , vel potius , id quod fatendum est , veritatis , ut viderem in illis Apostoli vocibus geminit esse sanctorum , contra carnalia concupiscentias dimicantium . Qui cum mente sint spirituales , adhuc tamen isto corruptibili corpore , quod agrauat animam , recte intelliguntur esse carnalia , quia erunt & corpore spirituales , quando seminatum fuerit corpus animale . & resurrexerit corpus spirituale . Et recte adhuc intelliguntur ea parte captivi sub lege peccati , qua desideriorum , quibus non consentiunt , motibus subiacet . Hinc factum est , ut sic intelligerem quemadmodum intellectus Hilarius , Gregorius , Ambrosius , & ceteri Ecclesie sancti noti , doctores , qui & ipsum Apostolum aduersus carnalia concupiscentias , quas habere solebat , & iam habebat , strenue confuxisse , eundemque conflictum suum illis suis verbis contestatum fuisse , senserunt . Haec tamen ille .

XX Et vero non potest aliter iudicare, cuicunq; contextus fuerit bene expensus & cognitus Ea n. habet, quæ de homine nondum iustificato dici nequeat Quale enim illud est, cum negat se agnoscere, id est, probare, id quo perpetret. Et quæcunq; pertinent ad illam luctam Spiritus cum carne, quæ μάχη ἡ μετανοίας describitur? Nam certe homo Φρόντις non potest hanc luctā in se sentire, et si non nullos habeat τῆς συντρέσσεως motus, non nihil ad eam accedentes. Sed Paulus non subsistit in iis leuib. motionibus; imo vehementissimam describit luctam. Atq; adeo non obstant hi leues motus, quominus non iustificati & malum velint, ac proinde agnoscant: & id ipsum quod ita volunt, ita agnoscent, etiam faciant. Cum tamen diserte Paulus, quod perpetro, non agnosco: non quod volo, hoc ago, sed quod odi, facio: non ego id perpetro, sed peccatum quod in me habitat.

XVI. Quid: quod interiorem hominem in se agnoscit, oppositum carni? Et secundum interiorem, non tantum facere quæ lex iubet, sed etiam delectari lege? Vnoq; verbo, mente seruire legi Dei, carne vero legi peccati? Nam quantosvis dicas esse motus illos conscientiæ, qui in non regenitibus persunt: tamen hi non possunt progredi ad usq; amorem legis: vt non eam porius oderiat, cuius vim sentiunt ad propriam damnationem,

XII. Hæc vero, ut non congruunt non iustificatis, ita omnibus conuenient regenitis, in quibus per Spiritus efficaciam ingenerat Deus non leuem aliquam boni malique discretionem, sed serium peccati odium, bonique amorem, adeo ut vix quicquam frequentius protestentur, quam se amare legem Dei, imo in eius studio constituere suam felicitatem. Quare certum est, de se loqui Paulum, tanquam regenito, fidelis, iustificato, ac proinde significare, in hoc hominum genere concupiscentiam adhuc hæretatem esse malum, esse peccatum.

XIII. Nec sunt illius momenti, quæ contra Renatus obiicit. Intelligo Paulum sperare se liberandum à gratia. Quid tum autem? Ergo-ne eum loqui de non iustificato? Quasi vero iustificati sit in hac vita plena perfectaq; redemptio: & non potius illa per gradus augatur, donec ultimum gradum assequatur in patria. Quasi non alibi testetur ipse, cum rogaret liberari angelio illo statu, à quo colaphizabatur, responsum accepisse. Sufficit tibi gratia mea, 2. ad Corinth. 12.

XXIV. Nihil est condemnationis nisi qui sunt in Christo, quare non dixisset Paulus, etiam si concupiscentia remanserit peccatum? Nam nos quidem sumus edocti, ut distinguamus peccatum a cōdemnatione, ut cōsequens ab antecedente; effectum a causa. Edocti rursum sumus, posse esse peccatum, ubi tamen non sit condemnationis: nimirum accedente gratia, quae condonat peccata, accedente fide, per quam iustificamur a peccatis, non nisi quae nulla habemus: sed quae habemus.

XXV. Sed Renato Peltanus accedens , suum etiam habet argumentum tractatu quintodecimo. Quia videantur cum summa illa perfectione, vitaque integritate & sanctimonia, qua is cumulatissime ornatus erat, patrum admodum conuenire, peccatum in se operatum esse omnem concupiscentiam. Se esse carnalem , venundatum sub peccato Peccatum seduxisse se , & occidisse. Cum tamen alibi de sua sive simili fide, constanter singularique perfectione, & sanctitudine, ab his diuersissima concioneatur.

XXVI. Et hæc illa sunt videlicet, quibus se olim motum dicebat Augustinus, ut aliter intelligeret, imo ut non intelligeret. Mirum Peltani stuporem, qui saltem Augustini vestigiis insistere non potuerit. Enim uero nulla obstat cuiusquam fidelis, quantumuis proœcta (non enim perfectam dicam, quæ in via nulla est) fides constantia, sanctitudo, quominus in sepius has ipsas reliquias peccati deprehendat, hanc ipsam spiritus & carnis lumen sentiant. Neque vero se vñquam Paulus, aut alium yllum descripsit a deo perfectum, ut extra omnem esset infirmitatis aleam peccative sensum. Itaque Augustinus, cuius verba paulo ante citata placer repertere, In Apostoli vocibus, gemutum esse sanctorum, contra carnalia concupiscentias dimicantum, qui cum mente sint spiritales, adhuc tamen isto corruptibili corpore quod aggrauat animam, recte intelliguntur esse carnales. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captivi sub lege peccati, quæ desideriorum quibus non consentiunt, motibus subiaceat.

C A P. VI.

De Anomia.

Altera nobis demonstratio est ab ipsa lege: Omnis *avocia* est peccatum. At concupiscentia est *avocia*. Ergo concupiscentia est peccatum. Probatur maior, ex disertis verbis I. Ioaannis 3. *Quisquis committit peccatum, nō tuus *avocia* non es: etiam legem transgreditur: nam peccatum est *avocia*, legis transgressio.* Vnde Augustinus de Confessu Euangelistar. libr. 2. cap. 4. *Peccatum est legis transgressio.* Contra Faustum lib. 22. cap. 2. 6. *Peccatum est, factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra aeternam legem.* Ambros. de Paradiso cap. 8. Non considerer peccarum, si interdictio non fuisset. Quid enim est peccatum, nisi praevaricatio legis diuina, & cœlestium inobedientia præceptorum? Dominicus à Soto in 7. ad Rom. Peccatum neq; ex cogitari potest, nisi sit cōtra legem: sicut nec obliquum aut devium, nisi in ordine ad certam normam & rectitudinem.

II. Vnde factum, ut *āvocias* pro peccato semper legas. Matth. 7. *Di- scedite à me, oī ēḡja ēōd̄o tūl̄ aīvocias.* Et 24. *Δέ, πληνθωθεῖσα tūl̄ aīvocias.* Et à Paulo opponitur iustitiae, 2.ad Corinth. 6. *Quod confortium τῆς ισχυρούς* የኩኩ ምርመራ; Et in Veteri Testamento usurpatur pro Hebraico ተቻዎን Pla. 32. *tūl̄ aīvocias μεν እያወደጋ Elai. 58. Annuntia domui Iacob τኩ ምርመራ.* Ezech. 18. *ἴα ስጋ ጽሑፍ ሆኖ ማነው ምርመራ አገኘ.* Et aliis locis.

III. Probatur autem maior ex disertissimis legis verbis, Exod. 20. Non concupisces. Quæ ipsa verba Paulus 7. ad Romanos interpretatur de eius ipsa concupiscentia, quam esse peccatum Papistæ negant, *Imo peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam etiam cupiditatem non nossem, nisi lex dixisset, Non concupisces.* Quibus verbis is sensus est, non ut simpliciter neget sibi cognitâ fuisse concupiscentiam, sed ut neget se scisse eam esse peccatum, ut Sa notauit, & conscient omnes Interpretes Neque enim indiget notificatione legis, quod ipsis sensu percipitur. Sed illud oportuit doceri, quod omnes homines ita ignorabant, ut non possent aliunde discere, vtrum illa concupiscentia esset peccatum. Quomodo gentes superstitioni innutritæ, opus habuerunt doceri à lege Idololatriam esse grande peccatum. Denique hic locus pender ab ea notione, quam Paulus expresserat, ca. 3. *Per legem agnitione peccati.*

IV. Nonnulli respondent distinguentes. Bellarminus c. 14. Non quod disfider à legis norma, vel cum illa pugnat, est *avocia*, sed ipsa discordia, sive repugnatio, vel recessus, ac deviatio, proprie est *avocia*, & formaliter peccatum. Valentianus. Respondeo concupiscentiam, & reliquas animæ vires, ut destitutæ sunt integræ iustitia, repugnare quidem diuinæ legi effectiue, quantum ad peccatum inclinat, & id perficiunt. Quod non satis est, ut ea ratione sit peccatum. At non repugnant legi Dei formaliter. Concurrit Tapperus, & Andradius orthodoxar. explicationum lib. 3.

V. Esto igitur mens ista : Quæ aduersantur legi Dei, ea in duplice esse generi : ut alia aduersentur effectiue, alia formaliter. Illa, quæ efficiant aliquid contra legem Dei. Et haec non esse peccata. Quod probant ex epis. Disfidelis, inquit, Bellatminus à lege Diabolus, tentans ad peccandum, sed nō est ipse iniquitas, sed iniquitatis suasor: dissidet à lege voluntas humana, item actio humana, nec tamen aut voluntas, aut actio, iniquitas est, sed iniqua. Pelikanus itidem negat quicquid ad malum inclinat, vel allectat, statim peccatum est: quia & mundus, & caro, & dæmon ad malum alliciant, & tamen non sint appellanda peccata.

V I. Formaliter autem aduersari legi id, quod ipsa sui ratione ei opponitur, siue, si ego bene capio, quod ipsum nihil est, nisi quatenus discedit à lego. Itaque Bellarmin. deviationem nominabat, & recessum, nimisrum qualitatem inhaerentem ei: quod ab ea qualitate dicatur malum. Et hac, opinor, mente Tapperus negabat Caluinum considerasse peccatum non substantię nomen esse, sed qualitatis, quæ abesse possit & adesse, & quod modo peccatum est, postea peccatum non sit. Quicquid ergo sic formaliter contradicat legi, concedunt esse *āropiū*, & peccatum, sed negant hoc modo concupiscentiam esse aduersantem legi Dei.

VII. Sed hęc mera λεπτολογία est, nimirū; tubilitatis affectatio. Et metaphysica potius speculatio, quam Theologica disputatione. Admitto equidem distinctionem eorum, quae aduersantur legi Dei. Sed duo dico. Primum, nescire me, vnde Bellarminus habuerit hoc ipsum aduersari legi Dei. Nam nostrum argumentum est à loco Ioannis, vbi diserte habemus ἀροπίαν: Neque id Bellarm. ignorare potuit, qui diserte legerit apud Chemnitium & Martyrem, quos citat autores. Quod eum ita sit, nulla causa, aut ei nominādi Dia-bolum, aut Peltano mundum. Quo enim prætextu comprehedātur ἀροπία nomine? Iraque nihil hic præter insipidam tergiuersationem. Non enim ve-
τερος, sic ἀροπία potest distingui efficienter siue formaliter, quo certior vis argumenti, quantumuis Bellarminus dissimulet, ut eludere oportuet, cum infringi nequeat.

VIII. Secundo, quæro, quænam sit mens huius distinctionis. An
ut nihil possit proprie & vere peccatum dici, præter ipsam abstracte
āvocatū? At hoc est contra sensum communem; quo peccata appellantur in
concreto, id est, non tantum qualitas, sed id etiam, cui qualitas hæret. Un-
de Augustino peccatum est, factum, dictum, concupitum. Sic vulgo,
opera mala, peccata dicuntur. Imo audacter dicam, nunquam in Scri-
pturis *āvocatū* legi abstracta illa Sophistarum significatione, sed hac
nostra concreta: ut sit actus aliquis rationalis naturæ præter legem diui-
nam.

IX. Breuiter, & ne abeam longe, ipsam mihi concupiscentiam vide. Nam
hanc concedunt esse peccatum saltem in non regenitis. Quare quomodo
efficienter-ne, an formaliter? Si efficienter: ergo & falso Alphonsus nega-
ret quicquam hoc modo appellari peccatum: & nihil obstareret, quoniam
nunquid eadem illa concupiscentia remanens in renatis, & efficiens peccata
singula, peccatum nos appellemus, etiam inuitis Papistis. Sin autem
formaliter: ergo vel ipsa perse Concupiscentia est ratio peccati, & auer-
sio à Deo: ac proinde peccatum non infidelibus duntaxat, sed etiam in re-
genitis: vel aliud formaliter, alio modo definiendum: Itaque non

Et plena aduersariorum distinctio : ideoque non satisfaciens argumento nostro.

X. Nos igitur statuimus concupiscentiam veri & proprii nominis esse peccatum. Non ita quidem : vt ipsam illam concupiscendi vim, quae est homini non nisi à creatione, dicamus esse ipsam formalitatem peccati. Non enim ita insanimus : sed quia sibi inharentem habet formalitatem peccati. Omnia, quomodo voluntatem ipsam peccandi plerumque dicemus utriusque vere esse peccatum ac proprietatem : non ipsius voluntatis ratione, sed qualitatis adiuncta. Quanquam hoc interest : quod voluntas in Scripturis medium est vocabulum, & bene sonans non raro : At concupiscentia carnis, non item : nam haec non nisi in malam partem usurpat : adeo ut nuncquam sit non peccatum. Nimirum : quia significat, non simpliciter facultatem naturae rationalis quandam : sed talem, nimirum qualis est post peccatum. Et uno verbo, qualem ipse Papis agnoscat, inclinat tantum ad malum : & ideo inclinante tantum ad malum. Nulla ergo solutio est.

XI. Proferunt ergo alteram à distinctione concupiscentiae. Nam hanc esse volunt, alias fomitem, alias actum voluntarium concupiscendi, sic enim Bellarminus loquitur. Perierius concupiscentiam, alias simpliciter, & praeceps carnalem, & sensituum : alias à ratione approbatam & placitam voluntati, siue ut ad sui assensum & obsequium pertrahit voluntatem hominis. Hanc igitur prohiberi hoc decimo legis mandato, *Non concupiscere, & esse peccatum*. Illam vero, nec esse peccatum, nec vero prohiberi.

XII. Hoc Bellarminus probat gemino arguento. Primo ex contextu Pauli : qui, cum dixisset, legem non esse peccatum, id est, causam peccati, sed esse causam cognitionis peccati, probauit ex eo, quod non cognoscabant homines actus interiores, ut desiderium uxoris, vel rei alienae esse peccata, nisi lex dixisset, *Non concupiscere*. Secundo, ex Matth. 5. *Dicitum est antiquis: Non moechaberis; ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Quae dicta contra Phariseos, qui docebant flagitia interna non esse peccata : ut patet ex Iosepho, lib. Antiquit. 12. c. 13. scribente motum internum non esse peccatum, nisi exterior prodatur. Item ex Dauide Kimchi in Psalmi 66. v. 17. illud, *Iniquitatem, si affixi in corde meo, non audiet Dominus, exponente, non imputabit ad peccatum desiderium iniustum, si tantum sit in corde.* Soto & Peltanus, qui lex nihil iubat impossibile : sit autem impossibile carere concupiscentia, cum sit à natura.

XIII. Inst contra distinctionem : & nego ullam concupiscentiam dari, quae non sit actus voluntarius. Nam voluntarium dupliciter dicitur, vel simpliciter voluntarium vel deliberatum : hoc quod ex praecedente rei consultatione, adeo ut ratiocinatio precedat : illud vero ex sola imaginatione, quae rem representat, in quam statim fertur voluntas absque villa disputatione ampliore. Quo posito, dico omnem concupiscentiam esse voluntarium, non semper quidem deliberative : sed tamen semper altero modo: ratio certa, quia ipsa concupiscentia est inclinatio voluntatis : quamquam haec de refusis erit agendum in argumentis aduersariorum.

XIV. Nunc vero tantum verbo doceo ita esse : *Quia ipsi aduersarii concupiscentiam non simpliciter negant esse peccatum: sed genere, nempe in tenore: itaque concedunt esse peccatum in infidelibus: imo eandem illam quae erat in infidelibus, remanere in regenito. Itaque dico esse voluntarium. Punctum enim, quod negari non potest, omne peccatum esse voluntarium: tam necessario, ut non sit peccatum, si non voluntarium. Quare illis alterutrum necesse, aut concedere omnem concupiscentiam esse voluntariam: aut non separare infideles à infidelibus. Quia, si simpliciter non est voluntaria: ergo ne in infidelibus quidem: Itaque thesis mutanda, & dicendum, concupiscentia neq; in infidelibus, neq; in infidelibus esse peccatum. Quod est absurdissimum.*

XV. Itaque, cum concupiscentiam hanc, quae ex deliberatione voluntaria est, constet utrumque esse peccatum : & prohiberi hoc decimo legis mandato : sitque tantum controvicia de altera, hanc etiam nos dicimus prohiberi hoc mandato. Quia lex non distinguit : imo nulla Scriptura distinguunt : non est autem nostrum, Scripturam coercere nostro sensu. Diccam amplius : Nnnquam Scriptura concupiscentiam nominat in bonam partem excepta illa, quae est in homine per gratiam, & quam Paulus tribuit Spiritui.

XVI. Nec contra valent argumenta. Concedo Paulum probare legem non esse malam, ex eo quod ab ea homines haberint cognitum actus interiores esse peccata : sed hoc, quo iure excludat concupiscentiam? Nam istam nos asserimus esse actum interiore. Concedo etiam Christum eraduisse Pharisaeorum stupiditatem, qui negarent, motus internos peccata esse, nisi in actum prodirent; sed inde rursus nihil concluditur aduersum nos: qui in iis motibus internis concupiscentiam esse docemus. Peltani impossibilitatem fusius tractabimus alias: nunc nego impossibile esse hominem carere concupiscentia: imo dico caruisse : nimirum ante peccatum : dico caritatem, videlicet in patria, cum beatitas erit consummata, & peccatum proorsus abolitum.

C A P. VII.

De Concupiscentia mala.

I. **T**ertium nostrum argumentum à variis Scripturæ locis, quibus concupiscentia asseritur esse mala. Genes 6. *Et vidit Deus magnum esse malum hominis in terra: & omne segmentum cogitationum cordis eius tantum esse malum semper.* Item 8. *Segmentum cordis hominis malum est ab inveniente etate.* Ad Colos. 3. *et inuidia et invenientia concupiscentiam malum.* Eodem pertinet ad Roman. 7. *Comperio volenti mihi facere bonum, hanc legem impossum esse, quod mihi malum adiaceat.* Imo etiam illud, *Nouis non habitare in me, id est, in carne mea, bonum: quae verba describunt malum, ex propria natura, nimirum priuatione boni.*

II. Respondent ad locos sigillatim. Ad illos ex Genesi, varie, & titubanter. Vel descripsisse Mosen ingenium illorum hominum, qui viuebant tempore Noe, diceretque omnes illos secundum carnem ambulasse, & quae carnis sunt, tantum cogitare, & sapere consueuisse. Id vero esse quidem peccatum, sed actuale, non autem originale. Vel Mosen, non tam significat cogitationem fusse actu malam, quam pronam ad malum, ut Latini codicis habent. Hanc autem proritatem esse quidem vulnus ex peccato, sed non

esse proprium peccatum, nisi in actu voluntarium prodeat. Ita Bellarminus.

III. Sed Greg. de Valentia, acquiescens posteriori solutioni de proritate, addit argumenta, quibus probet hanc proritatem non esse peccatum. Primum, quia si esset peccatum: ergo non promisisset Deus propter eam propensionem ad malum se humano generi parcitum: quia peccatum ad iram provocat, potius quam ad miserationem. Promisit autem Genes. 8. *Nequaquam ultra maledicam terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona est ab adolescentia sua: non igitur ultra percussam omnem animam viuentem, sicut feci.* Secundo, si sensus esset, hanc proritatem per se esse etiam peccatum, non dixisset Deus ad Noe: *Te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* Genes. 7. neque David alacuerat eos a censu in montem sanctum, qui ingrediuntur sine macula, & operantur iustitiam, neque habent dolum in corde suo. Psalm. 14.

IV. Sed vtraque euasio nulla est. Nam restringi verba Mosis ad ingenium eorum hominum, qui viuebant tempore Noe, non patitur caput octauum, vbi manifeste agitur de hominibus deinceps furoris, & quidem adusque orbis finem. Nam promissio de non perdendo genere humano, perpetua est: itaque omnino necesse est eos, de quorum cogitationibns agitur, intelligi adusque postremum diem. Imo ne ipsum quidem caput 6. Nam verba sunt, *Et penitus leboua, quod fecisset hominem in terra: vbi manifesta allusio est ad creationem: atqui hoc non congrueret, si tantum ea malitia pertinet ad viuus etatis homines. Itaque Procopius. Quod ait, omne segmentum cogitationum: extenditur ad eos, qui antecessere, & qui sequuntur sunt uniuersalem inundationem: siquidem naturaliter remansit in homine cupiditas mala, vel aliud quippiam.* Quare haec solutio manifeste ficta est: ideoque prudenter omisita à breviate Bellarmini.

V. Altera non est solidior. Nam primo Hebraice legimus, omne segmentum cogitationis esse malum: imo duntur at malum: quod quidem necessario actu significat, non simplicem potentiam. Et vero ita necesse est: Nam eti verba sint generaliter de viuiali hominis corrupta natura: tamen occasionem habent eorum hominum, qui tum viuebant, ingenium, quod ita representatur ex viuiali natura. At illud ingenium non erat aliqua nudata potentia, sed actus ipse.

VI. Deinde, quod actu separat ab hac proritate, non facit prudenter Bellarminus. Nam Latine voluntas non dicitur prona, sed intenta. Verba diserta, *Cuncta, inquit, cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Nota intenta. Vim dico à Perierio. *Nec dicit eam frusse pronam ad malum, sed intentam, id est omni via sua applicatam, incumbentem, & defixam in malum: quod significat vehementem conatum, & impetum ad malum.* At hæc verba non possunt describere potentiam: sed actu. Et vero Septuaginta exprefserunt, *καὶ μὴ σε προσέρχεσθαι εἰς τὰ τρόπαια τοῦ πολέμου ἢ τὸν πόλεμον, οὐδὲ τὴν πόλιν τοῦ πολέμου.* Quisque intendit cogitationem in corde suo strenue ad mala. Quod rursus ad actu pertinet. Quare nihil est causa, quominus hanc proritatem, si quis proritatem malit, dicamus esse peccatum.

VII. Nam nec argumenta Gregorii sunt nauci. Si esset peccatum, inquit, non promisisset Deus se propter eam parcitum humano generi. Imo inquam, si esset peccatum. Ergo nec propterea Deum penituisse fecisset hominem: nec propterea tam dure animaduertisset. Verba ditta c. 6. *Et vidit Deus, magnum esse malum hominis in terra: & omne segmentum cogitationum cordis eius solummodo malum semper, & penitus Deum fecisse hominem in terra: & iratus est in corde suo: & dixit Deus, Delebo hominem quem creavi, à superficie terra.* Enimuero, si non miseretur Deus propter peccatum; ne irascitur quidem, multo minus punit propter non peccatum. Itaque bene Perierius: *Declarant haec verba inenarrabilem Dei erga hominem amorem & pietatem: simulque aduersus eius scelerá iram & indignationem.* Tanta enim fuit eius temporis enormitas scelerum humani generis, ut ad eam exprimendam, Moses dixerit penituisse Deum quod hominem fecisset, eumque induixerit, tristitia dolore ac velut furore incitatum, ad perendum hominem. Et post illud, *Delebo hominem, Describendo his verbis grauitatem suppli: ii, quo Deus peccata hominum puniuit, simul etiam indicauit Moses magnitudinem offensis & indignationis Dei: simulque ostendit acerbitudinem atque immanitatem scelerum qua Deum ad tantam supplicii atrocitatem impulerat.*

VIII. Quid ergo Gregorius lophificatur? Nam primo non est necesse ita reddi verba Mosis, ut est Latine Hebraicæ particula, varie significat: & interdum aduersativa locum tenet Psalmi vigesimo tertio, *נסכְרִי־אָלֶר בְּנֵי־עַלְמֹוֹת אֲלֹרָה* Nam eti veniam in vallenim umbra mortis, non in ebo. Secundi Sam. 2. *Et nunc roborentur manus vestre, esto reg bellis, si cœli mortuus es: Dominus vester.* Nihil sit ergo incommode, si hic reddit, *Non amplius in ledicam terram propter hominem, et segmentum cordis hominis sit malum ab initio etate.*

IX. Deinde ut versionem non suggillemus, cui acquieuerunt multi viri docti: tamen vero, ut bene Gregorius exprefserit, cum dixit propter eam propensionem Deum parcitum: hæc enim Phrasis multo plus significare solet, quam quod actu est. *Non maledicam: sensus enim & cogitatio humani cordis prona est ad malum.* Hæc quod sibi velit phrasis audiamus, Perierius duobus modis explicat. Primo, *Si quoties maxima pars hominum vitios & sceleribus addicta est, toties ea diluuij supplicio vindicanda & punienda esset fore profecto, ut sapissime, atque omnibus fere seculis diluuij mitti oporteat.* Secundo, *Hominem propter naturalem proritatem ad peccandum, dignum esse quodammodo miseratione: nec semper quantum supplicii meretur, tanto esse in hac vita plectendum.* Eligat vtram velit sententiam Gregorius, nunc enim perinde est. Nam vtraque peccatum supponit. Sed omnino sensus esse non potest, hac ipsa inclinatione provocari Deum ad parcendum, quomodo per peccatum provocatur ad puniendum. Nam hæc meritoria causam supponit. Est autem absurdum, eadem hac propensione provocatum fuisse prius, tanquam causa meritoria, ad diluuij immittendum, & eadem rursus propensione tanquam causa meritoria provocatum, ad diluuij inhibendum.

X. Eene Chrysostomus, *Vt ne putemus, quod ideo hanc promissionem fecerit, quia ipsi iam in melius se conueterint, inquit, quia incumbit mens homini intenta in mala opera a iuuentute.* Rara misericordia species. Quia, inquit, incumbit mens homini diligenter in mala opera à iuuentute: propter hoc, inquit, non ultra adiiciam ut maledicam terram. Ego enim, inquit, qua ad me pertinent semel atque iterum exhibui,

exhibui quia autem video malitiam ita increcere, promitto me non ultra maledictum terrenum. Ne ipse quidem ergo Chrysostomus videt, quod videt, aut videre putavit Gregorius, supponendum esse non peccatum, ut deinceps patceret, sed contra supponendum esse peccatum, supponendam esse immundam nequitiam, ut bene constet immensa haec Dei misericordia. Denique similis sensus verborum Davidis Psalmus 143. Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quis autem somnauit quam propter id ipsum, quod nemo iustificandus sit coram Deo, putasse Davidem futurum, ut secum non venire in iudicium Deus? Itaque mirum in tam simili phrasim, potuisse quosdam sibi tam absurdos tragelaphos pingere.

XI. Verum, inquit, si ita esset, ergo non dixisset Deus, Noe esse iustum coram se. Imo, inquam, negatur haec consequentia. Nam haec iustitia, nulli est omnino à sua concupiscentia, ipsa & corrupta, & actiones corrumptae: sed à gratia, hanc concupiscentiam inhibente, atque operationes reformatae. Et ita semper in infidelibus apparet quanta sit vis corruptæ naturæ: in infidelibus autem, quanta gratiæ operatio. Hoc modo igitur & Noe fuit iustus, & David, & alii omnes, quiunque fuerint iusti.

XII. Arque hactenus de Genesi. Ad locum ex septimo ad Romanos responderet Bellarminus, esse obscurum, & multos putare aliquid deesse: alterum autem atque alterum sarciri defectum. Ex loco autem obscurissimo (infert breviator) nisi ante bene explicato, arguenterum est inutile. Verumtamen addit Bellarminus, Augustinum lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 10. satis commodum sensum indicare, ut nihil subintelligi debeat: ut illud bonum connectatur cum lege, non cum verbo facere: & sit sensus: Inuenio legem bonum quoddam esse mihi volenti facere, id est, volenti bene operari, & secundum legem vivere: ideo autem legem inuenio esse quoddam bonum, quoniam malum concupiscentiae adiacet mihi: tunc enim ab una parte malum adiacens incitat ad peccatum, ab altera lex Domini bona retrahit à peccato. Itaque non potest ex hoc loco effici concupiscentiam inuoluntariam esse peccatum.

XIII. Ego vero fatior hunc locum varias passum interpretationes. Sed hoc quicquid est difficultatis, nihil ad me attinet: quia ortum à vocabulo legis. Qui enim legerunt, Inuenio legem, putarunt plerique indicari legem Mosaiam, sive diuinam. Sed nemo dubitauit, quin & facere bonum, & malum adiacens, sumantur pro oppositis: ut illud sit iustitia, hoc vero peccatum. Nemo item, quin illud adiacere significet illam ipsam naturalem hominis potentiam ad bonum, ac proclivitatem ad malum. Hoc vero sufficit argumento nostro: ut ne vereamur, ne nobis expobretur nos obscurum probare per obscurum.

XIV. Quanquam ne locus quidem ipse difficilis est, quomodo Beza verit, Comperio volenti mihi facere bonum hanc legem impositam esse, quod mihi malum adiaceat. Et probauit Toletus, Miki, inquit, illa est visa legitima, ut hec lex non sit illa, de qua dictum est prius, lex spiritualis est, & sancta: sed ea de qua paulo post adiungit: Inuenio legem in membris meis: nam quis sequuntur, declarant hanc sententiam. Legem ergo appellat legem carnis, & vim concupiscentiae impudentem à bono perficiendo, & in malum impellentem. Est ergo sensus: Inuenio legem mihi facere bonum volenti: huc autem lex est malum, quod mihi adiaceat, quo trahor ad peccandum, & ad legem, quam confessus sum mente esse bonam, transgrediendam. Dominicus à Soto probauit, neque Gagius omisit. Erfacilima interpretatio est, nihil praeposterans, nihil addens, nihil torquens.

XV. Ab Augustino vero quæ assertur, dura est: Nam legem quod construit cum bono, abit à phrasim Graeca: quæ non ελλον διξι, quomodo solet in huiusmodi appositionibus, sed τὸν ελλον, quod paulo alienus est à consuetudine. Nam et si frequentissima phrasim sit apud Graecos, tamen non potest possedari exemplum simile: nullum certe in vniuerso Nouo Testamento. Cum hoc ipso tamen capite, καὶ περιεπέσθαι τὸν ελλον, operari bonum, legamus.

XVI. Dicam amplius: et si tritum sit, ut dixi, καὶ λόγος neutro genere per appositionem subiici a teri nomini: tamen hanc phrasim competi alienam esse à stylo Noui Testamenti in quo semper obseruauit præponi: ad Romanos 14. καὶ λόγος τὸν φαγεῖσα. Bonum est non comedere carnem. Prioris ad Corinth. 7. καὶ λόγος θράψα γυναικες μη ἀποθέσαι, Bonum est homini mulierem non tangere. Ad Galat. 4. καὶ λόγος τὸν ζελατὸν εὐ καὶ λῶντι, τοτε Bonum est emulari in bono semper. Imo in Euangeliis exprimitur isti Matth. 15. καὶ τὸν καὶ λαβεῖν τοι, αρπαται, τεκνον, Non est bonum accipere panem liberorum. Et 17. καὶ τὸν ιστορικὸν εἰς τὸν, bonum est nos hic esse.

XVII. Mirum est ergo Augustinum tam facile delusum, ut phrasim fingeret non modo non visitatam Scripturam sacra: sed ne cognitam quidem prophanicis autoribus. Poterat exculcare versio Latina: cui nullus articulus: quæ & alias imposuit. Sed cur non maluit Graecum textum confulere: aut cur nobis præiudiceret, quicquid hic negligenter ab eo peccatum? Non enim æquum, ob Latini hominis φαλακρα, discedere nos à verbis Pauli. Tum autem ne Latinæ quidem phrasos, hæc est approba constructio. Inuenio legem, volenti facere bonum. Et quanqua Latinitatis admodum negligens fuisse, quisquis fuit eius editionis autor, tamen non putem simile exemplum profieri posse.

XVIII. Et tamen possumus in Augustini gratiam non prolixius exagitare hoc durissimum ὑπόστατον. Sed illud Bellarmino, si hunc iocum sic interpretaremur: non posse confici ex eo concupiscentiam esse peccatum, miramur: quia sit mente profectum. Longe ille prudentius suæ laudi consuluisset si hoc non sumpsiisset sibi, quasi suo iure: sed nobis etiam tam duri εἰρηνεύεται, causas communicasset. Nos paulo ante diximus, contra inferri ex oppositione boni. Nam volenti, inquit Paulus, facere bonum, adiacet malum. Siue, ut volebat Augustinus, volenti facere legem, quæ bona est adiacet malum. Primo enim bonum potest nequisquam non intelligere, iustitiam oppositam peccato? Nam hæc est ipsius legis, ut ita dicam, materia, imo essentia: & multo magis operum bonorum, si ita intelligas, facere bonum. Cur non ergo huic bono oppositum à Paulo malum, dicamus ei iustitiae oppositum.

peccatum.

C A P . VIII.

De lege peccati.

I. Vartum nobis argumentum: Omnis peccati formalitas, est re vera peccatum. At concupiscentia est formalitas peccati. Ergo concupiscentia est re vera peccatum. Maior patet: quia performam res quæcumque est, id quod est. Itaque non potest ut ipsa non sit talis, quale est, quod ab ea informantur. Quomodo ratione oportet ipsam esse rationalem, quia hominem reddit rationale. Et omnino tritum, hoc sensu, propter quod quicquid est tale, id ipsum magis tale.

II. Probatur minor: quia omnis lex est formalitas ab eo imperati: nimis, ut si præcipiat, id sit bonum opus, quod ipsa præcipit, si fiat: quod autem prohibet, id malum sit, si fiat, nimis supposita lege bona. At contra, si supponatur lex mala, id malum sit, quod ipsa præcipiat, bonum autem quod vetet. Iam vero Paulus concupiscentiam appellat Legem: non tantum iis verbis, quæ sunt à nobis discussa proximo capite, Comperio volenti mihi facere bonum, hanc legem impositam esse, quod mihi malum adiaceat. Sed etiam paulo post, Video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis mea, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis. Vbi omnes consentiunt Interpretes. Et Soto Dicitur lex peccati, quia sicut lex Dei dirigit mouetque nos, & dicit ad bonum rationis: ita & illa membrorum inclinatio, dirigit, seu propriis, à ratione in obliquum disuertit nos ad malum.

III. Respondet Bellarminus ad verba Pauli. Omne quidem peccatum repugnare legi Dei: sed non tamen quicquid repugnat legi Dei, esse peccatum. Sic hominem repugnare legi, nec tamen esse peccatum. Sic legi iusta, legem iniustam repugnare, & viuis principis legem, alterius principis legi: neutrum tamen videri iniustum: Imo post legem iniustum iniusta legi: nec proprie tamen legem dici posse aut peccatum aut virtutem. Ratione est: quia peccatum priuatius repugnat legi, tanquam actio recedens à sua regula. At concupiscentia repugnat legi mentis, non ut actio recedens à regula, cum posset & deberet esse conformis: sed ut lex contraria impellens ad malum. Itaque Apostolum, hoc ipso, quod concupiscentiam vocet legem membrorum, significare non esse peccatum.

IV. Repeto ex capite sexto: quia repetitur eadem solutio, repugnare aliquid legi, vel effectiue, vel formaliter. Et explicabo: Effectiue in depugnare, quod efficit aliquid à se diuersum toto genere: quod discedat à lege: Nam homini actiones, ita sunt ab homine, ut tamen toto genere differant ab eo. Itaque hoc agens non ipsum per se, quatenus est aliquid, repugnat legi: sed tantum quatenus est agens: formaliter autem, id quod ipsum quatenus est tale aliquid, discedit à lege: sic furtum, mendacium, opponitur legi, quatenus directe opponitur legi prohibenti mentiri & furari.

V. Hoc positio, dico concupiscentiam carnis, non repugnare legi effectiue, hoc est, ita ut agat aliquid à se diuersum toto genere, quod opponatur legi: sed ipsam potius per se, quatenus est concupiscentia carnis. Manifestum est, non tantum, quia diserte prohibetur, ut furtum, & mendacium & homicidium, & scortatio: sed etiam quia hic à Paulo appellatur lex peccati, & opponitur legi Dei: quod non potest alio modo intelligi, nisi quia cum lex Dei dicat, Ne concupiscito: hæc contra, Concupiscito. Quæ formalis est oppositio: non autem effectiua duntaxat.

VI. Itaque Bellarmini exemplum ab homine est alienum. Quod autem subdit de legibus, absurdum est. Nam lex legi non opponitur effectiue, sed formaliter: quemadmodum obliquitas rectitudini: imo affirmatio negationi: quia necessario altera præcipit, altera prohibet, id est, negat una, altera affirmit, idem de eodem, & secundum idem. Leges diuersorum principum, etiam sic opponuntur, si non distinguuntur in etiam quibus lex datur. Nam, alioquin nihil mirum in Hispania leges esse affirmates, que negantes sint in Gallia. Sed vicissim verum eisdem illas leges affirmantes, quæ in Hispania bona sunt, in Gallia esse malas: argumento non aliunde petito, quam à superstitione Papistica. Nam in Hispania licitum est vesci minutis animalium intestinis: quæ in Gallia qui vel attingat diebus Veneris & Sabbathi, non ferat impunè. At nos in hoc argumento, non ita separamus iurisdictiones, ut una Dei sit, altera ad Deum non pertinens. Imo omnes homines Deo subiecti: & propter legum contrarietatem, scimus illud dictum Matth. 6. Nemo potest diuobus dominis seruire, aut enim unum habebit odio, & alterum diliget: aut uni adhæribit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammona.

VII. Legem non proprie dici aut virtutem, aut peccatum, concedo: quia solet utrumque concrete dici, ut significet non solum qualitatem: sed etiam cum qualitate actionem, quæ non potest esse legis, sed personæ. Itaque lex consideratur semper extra hominem. At in hac nostra disputatione longe aliter concupiscentia, ac proinde lex carnis: nam hæc re vera semper hæret, & actum in ea persona: itaque non potest mere abstracte significare: ideoque vere potest peccatum dici.

VIII. Concedo peccatum priuatius repugnare legi, tanquam actionem ab ea discedentem: sed hoc negari de concupiscentia, sine lege carnis, non potest. Nam concupiscente cum facultas sit animæ, non potest non actus esse hominis: quomodo velle, quomodo ratiocinari, quomodo imaginari, intelligere, & similia. Quare si actus sit, & simul declinans à lege, sine regula, non potest non legi priuatius opponi, tanquam actio discedens à sua regula: ac proinde vere esse peccatum: tam vere quam scortatio, furtum, homicidium: Hoc tantum discrimine, quod hæc sit externa opera: illa vero interea operatio, causa exterritorum operum.

IX. Haec hactenus Bellarminus. Sed Peltanus tonat altius. Ut maxime, inquit, id omne peccatum foret, quod legi Dei quous modo repugnat: adhuc aduersa pars litem hic non obtineret. Siquidem Apostolus nusquam docet carnis concupiscentiam, aut legi Dei, aut legi quoque ipsi carni inditæ repugnare: docet autem repugnare legi mentis: siue hæc lex quedam per se lex sit, siue quædam diuinæ legis participatio. Atqui hæc carnis rebellio, legi, quam Deus carni ipsi impressit, hoc est, naturæ ipsius carnis, non est dissentanea, aut contraria: sed ei absolute, & secundum se, & quasi in abstracto considerata, maximè consentanea. Nam ut grauia, sublato impedimento, naturaliter

naturaliter feruntur ad imam: ita sensus carnis, nisi fræno aliquo inhibetur, naturaliter fertur ad mollia. Et quia hæc latio spiritus sensui aduersatur, fit ut caro, post originalem iustitiam sublatam, naturaliter Spiritui refragari dicatur.

X. Sed primo, vbi Gentium peregrinatur istius hominis animus? Nostræ enim Controversæ status id ponit pro indubitate, hanc concupiscentiam contradicere legi Dei. Peterius describat motus concupiscentiae ad res illicitas quibus incitetur ad homo concupiscentem aliiquid contra legem. Nonne est hoc aliquo modo repugnare legi Dei? Imo Augustinus (si tamen Augustinus) de continentia c. 8. *Fiant in nobis, inquit, concupiscentia mala, quando id quod non licet, libet.* Itaque alii Papistæ non negant repugnare, saltem efficienter. Imo Bellarmianus, sicut lex mentis regula, est bona actionis, ita concupiscentia regula est peccandi.

XI. Sed audiamus tamen Sophisma. Non docet Paulus concupiscentiam resistere legi Dei: sed legi mentis. Papa: quantum acumen! Et addit hanc rebellionem nō esse contrariam naturæ ipsius carnis, sed consentaneam potius. Sed hæc quid sibi velint, inquiramus. Et primum, quæ sit lex mentis, quam Apostolus nominat. Nam nos quidē existimamus hanc non esse aliud, quam legem Dei: & quidem positam non menti seorsim, & per se: sed etiam corpori. Itaque fieri, vt si caro resistat legi mentis, resistat etiam legi Dei: & legi sibi ipsi posita.

XII. Toletus, *Legem Dei appellat legem mentis, quia rationalis est, & mente approbatur, & menti etiam naturaliter insculpta est, quantum ad moralē partem, quæ circa virtutē & virtutes veratur.* Dominicus à Soto, *Inter legem mentis, legemque Dei, ita differt, ut inter effectum & caussam: est enim lex mentis nihil aliud, quam impressio in mente, & participatio quadam legis aeternæ Dei.* Et vero quid testes quærum, cum ipsum Paulum habeamus profitem? Non tantum cum dixit, *Delector lege Dei, quod ad interiorē hominem:* Sed etiam cum, *Nempe igitur ipse ego mente quidem seruio legi Dei, carne vero legi peccati.* Quis autem nescit eius esse legem, id est, ei positam, cuius est ei ferire? Recte ergo mentis lex, dicitur lex Dei, cui mens seruit. Potestne autem concupiscentia contradicere menti consentienti legi, in eo ipso quod consentit, vt non contradicat legi Dei?

XIII. Sed hæc, inquit, contradic̄tio non est contraria naturæ carnis. Quid mea, inquam? An propterea minus est contradic̄tio? Atqui hoc quærebatur, & tu, Sophista, lumperas probandum, et si id esset peccatum, quod quoquo modo contradiceret legi, tamen concupiscentiam non esse peccatum. Itaque hoc tibi ponendum erat. Concupiscentiam nullo modo contradicere. At tu nunc ponis contradicere quidem, at non contra suam naturalē. Tam imp̄ēris disputas.

XIV. Sed condonemus aliquid Sophistæ, in tanta causæ desperatione. Et nunc inquiramus saltem, quo iure hoc quicquid est, quod ille dicit, nütatur. Negat igitur esse peccatum carnis, cum contradicat legi Spiritus. Argumentum neganti: quod ea contradic̄tio fit naturalis carni. Id est, opinor, quod non sit eadem lex posita carni, quæ menti. Hoc vtrum sita, post vidēro. Nunc quasi concilium fuerit non esse eandem legem vtrique impositam: quæro, quomodo fiat, vt non sit propterea peccatum, contradicere legi mentis, id est, mentem sollicitare, vt transgrediat legem suam. An quomodo Hispanus non putabat se volare maiestatem regis nostri, cum sollicitabat Gallorum ingenio ad rebellionem? aut quomodo audio apud Papistas iactare Ecclesiasticos se nullum crimen admittere, quum turbant rem publicam: eo quod non sint iurati, nisi in Papæ verba: Optime, inquam, si tam probetur natura carnis non esse subiecta Deo, quam Hispanus regi nostro, aut quam se purant Ecclesiastici Papistæ, magistrati seculari. Nam si æquæ caro & mens subiiciantur Deo, video alij esse communem sensum. Nam eti si non teneatur agricola iisdem legibus militiæ cum milite: tamen si agricultor Gallus, Gallum militem auertat ab obedientia regis, non ferat impune, aut ego vehementer fallor. Quanquam quid exempla fingo, qui veris abundo: Non pertinebat prohibito arboris scientiæ ad serpentem, sed ad hominem: & tamen serpens, eo quod hominem sollicitauerit ad violandam eam legem, maledictus fuit à Deo. An præter ius, fasque? Hoc Iesuitæ dicant. Christianus certe nunquam dixerit.

XV. Quare, et si concenderem eandem legem non esse positam naturæ carnis, tamen non concedere n, nullum esse carnis peccatum. Sed nunc volo etiam mihi rationem reddi, quare non sit carni eadem lex posita, quæ menti. Nam ego contra astro eidem vtramque legi subiacere. Nimurum, quia una eademque persona est caro cum anima: nec habet suam propriam animam caro, præter eam ad quam mens pertinet. Adeo si lex data sit animæ, vt ne concupiscat, eadem lex posita erit carni, quia non potest caro concupiscere, nisi cum anima, aut per ipsam animæ concupiscentiam. Exempli gratia, nego potuisse carnem Adami concupiscere pomum scientiæ, nisi haberet Adam animam rationalem.

XVI. Imo eum dico longe falli, quæ legem carnis, siue legem membrorum apud Paulum ita intelligat, quæ hanc carnis massam distinguere Apostolus, & seorsim consideraret ab anima. Dico disertus: cum membra nominata sunt, neque pedes cogitari sunt, neque manus, neque caput. Sed tota hominum natura, quatenus est à peccato. Et distinguitur ab interiorē hominē. Hunc autem interiorē hominem esse dico, ipsum eundem hominem, quatenus per Spiritum est regenitus, & factus noua creatura. Itaque membra sic nominata, quomodo caro.

XVII. Verum tam, quam naturale est graibus, inquit Sophista, ferri ad imam: tam naturale est sensui carnis ferri ad mollia. At tu mihi, Sophista, quænam oggeris molia? Nam de ipsis nulla nostra disputatio. Nulla etiam de sensibus corporeis, nam concupiscentia ad eos non pertinet, et si illa iis abutatur, omnino enim pertinet ad animam, & quidem, quatenus rationalis est. Habeat ergo sibi corpus sane sua mollia, ast anima ne habeat propter easas concupiscentias malas. Abutitur quidem, inquam, sensibus corporis concupiscentia: sed non confunditur propterea cum iisdem. Diserte Christus distinxit Matth. 5. *Quicunque aspicit mulierem ut concupiscat eam: ergo, inquam, aur Christum arguit, aut fatere aliud esse aspicere, aliud concupiscere.*

XVIII. Quod si illa sua mollia Peltanus inrepreteretur, ea quæ lege Dei sunt prohibita, tum necessario distinguam carnis naturam; in eam quam habuit à creatione, & eam quam habet à peccato. Si primam dicas, nego

tam naturale esse carni concupiscere illa mollia, id est, prohibita lege diuina, quam lapidi deorsum ferri. Nam hoc si esset, quædammodum auctor Deus est grauitatis in lapide; ita auctor esset concupiscentia male in carne; quod est horrendum dictu. Sin autem alteram malis: concedam sane: sed negem, id quod est ita naturale carni non esse peccatum: & docebo exemplo peccati originalis.

CAP. IX.

De sensu Carnis.

I. **Q**uintum habemus argumentum, Omnis inimicitia aduersus Deum est peccatum propriæ. At carnis concupiscentia inimicitia est aduersus Deum. Ergo carnis concupiscentia est peccatum propriæ. Maiorem non negent, vt spero, aduersarii. Et facile demonstremus: nam hæc diserte est contra mandatum, quo continent omnia mandata, *Deum tuum amabis ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua.* Matth. 22. Tum autem concedunt Papistæ, abductionem ab amore Dei esse peccatum, & quidem mortale.

II. Assumptum probatur; ex disertissimis Pauli verbis 8. ad Roman. *Quæ secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum Spiritum, quæ Spiritus sunt, nam intelligentia carnis mors est: intelligentia vero Spiritus, vita & pax, propterea quod intelligentia carnis inimicitia est aduersus Deum: legi enim Dei non subiicitur, nam ne potest quidem.* En tibi τε φρέσκως τὸ σῶμα, naturam. Luxuri hunc locum Interpres Vulgatus, cum Prudentiam carnis dixit esse inimicam Deo. Nam nec bene φρέσκως reddit Sapientiam & prudentiam, vnde Toletus agnoscit Latina verba esse obfusiora Gracis. Et Salmero notauit φρέσκως, significare affectum, cogitationem, curam, & studium: quomodo idem Latinus interpres recte reddit φρέσκως, sapiunt.

III. Neque ιχθύα εἰς θάλασσα debuit redi inimica, Nam Grace est, inquit Salmero, Inimicitia est in Deum, ιχθύα εἰς θάλασσα. Negre enim legi debet ιχθύα, id est, inimica, feminino: cum nomen, Sapientia, sit idem quod superius φρέσκως in neutro genere, & siccirco illi iungi non potest: & ita fortassis νετος interpres & post corruptum fuit. Itaque mirari subit quid Dominico à Soto veneritis in mente summigillanti codices Græcos. Quanquam autem eodem denique res redeat, tamen non concedam eidem Dominico, nihil referre: non tantum quia ιμφατικών είναι, est inimicitia: sed etiam, quia ad rei veritatem exactius: quia significat hunc carnis sensum, esse ipsam alienationem à Deo amando: quomodo peccatum non tantum est inimicum Deo, sed etiam inimicitia in Deum.

IV. Soto, commentariis in hunc locum, responderet, distinguendo prudentiam, vt vel sit sola pugna, qua se naturaliter attollat contra Spiritum: vel comprehendat omnes partes prudentia, quæ sint iudicare, & præcipere secundum intentionem carnis, curamque & studium carnis. Hoc modo concedit indubitate esse veram inimicitiam aduersus Deum. Altero autem modo, sic duntaxat vitium esse & peccatum, vel claudicationem tibiæ, vel quamvis aliam deformitatem, peccatum naturale: non quod natura potentia concupisibilis non sit à Deo, vt Manichæi colligebant, sed quod rebellio eius, vulnus sit, quod natura accepit ab Adam: quæ idcirco catenus inimica est Deo, quatenus veluti legi Dei rebellis, insurget præliaturque contra Spiritū: haud tamen ita sit inimica, vt cui aliquid infit culpe, quo ad usque voluntas vel afflentiat, vel saltem in mora sit, & negligenter, quæ venialis est.

V. Sed iste nihil nisi nugatur. Egregiam vero distinctionem: quatenus est pugna, & quatenus comprehendit iudicare, præcipere, curam, studium. Heus tu, quis docuit non pertinere hæc ipsa, ad illam pugnam? Imo non esse illam ipsam pugnam carnis cum Spiritu, quod caro iudicet aliter quam Spiritus & curet, & studeat, quia sapit, φρέσκως, quæ carnis sunt: præcipiat contra Spiritum: quandoquidem lex fit alia in membris, contradicetus legi mentis? Quod si verum, pugnam illam esse vere inimicitiam aduersus Deum. Et in his omnibus consistere eandem pugnam, tum nemo tam Sophista erit, qui persuadeat, non hæc ipsa esse inimicitiam aduersus Deum. Itaque, distinguendo quæ non erant distinguenda, illudere voluit nobis.

VI. Sed, inquit, vitium est, quomodo in tibia claudicatio. Ita esto, inquam, sane, sed in suo quæque genere. Nam quomodo in iis quæ ad formam spectant corporis, vitium quod ibet est vere proprie deformatio: ita omnino necesse est, in iis, quæ ad iustitiam referuntur, vitia nihil aliud esse quam vere proprie deforma peccata. Quia vtrique simili ratio: nimur realis priuatio eius quod inesse debebat. In cruce debuit esse rectitudo, ex prima propriaque natura, at ex altera natura, i.e. vitiata cū hæc rectitudo nulla est, directe vitiatur rectitudo. Itaq; claudicatio, eo ipso φ est claudicatio, deformatio est. Omnino cōcupiscentia debuit ex primigenia natura subesse legi Dei, i.e. habere in se iustitiam: imo non tantum debuit habere: sed et habuit. Ast ab altera natura, nimur corrupta, priuatur hac ipsa iustitia: cur non sit peccatum, quandoquidem iustitia peccatum opponitur priuatio?

VII. Sed est vulnus quod natura accepit, & natura potentia concupisibilis est à Deo, contra Manichæum. Egregie, inquam. Disputet ergo contra Manichæos, tam secundum delirantes, vt Deo peccatum adscriberent. At ille se cum Lutheranis pugnare fingit. Cur ergo diuerit? Nam illis nullum simile monstrum. Fatalem ergo concupiscentiae iniustitiam esse vulnus: ac propter aliquid accidens, præter eius primam naturam. Sed hoc ipsum vulnus nos peccatum esse non posse, negamus: imo necessario esse affirmamus, quia sit priuatio iustitiae: quomodo claudicationem, quantumuis ex vulnera, deformatitatem, quia priuatio forma. Concedimus vim concupiscenti esse à Deo, sed ipsam tamen concupiscentiam, post creationem corruptam, esse nihilominus peccatum, quomodo, et si vis volendi sit à Deo, tamen voluntate vere peccatum esse, cum ei peccati formalitas hæret.

VIII. Bellarmianus responderet: — φρέσκως τὸ σῶμα vere peccatum es, sed actuale, non autem originalē. Ise enim prudentiam carnis, non id malum, quod capite septimo dictum sit esse in carne, siue membris: sed curam & sollicitudinem nimiam prouidendi, quæ carni sunt commoda, utilia, suauia, neglecta cura & sollicitudine eorum, quæ ad Spiritum pertinent. Argumentum habet, quod illud malum in carne, & membris, Paulus agnoscit in se, & alias fidelibus: prudentiam vero carnis non nisi in peccatoribus, qui terrena sapiunt, & secundum carnem ambulant.

IX. Insto. Primo, solutionem non esse ad rem. Quia controversia sit pro-

prie, non utrum concupiscentia sit peccatum originale: sed utrum sit peccatum. At si esset actuale, quid, non propterea non esset peccatum?

X. Secundo, nego esse actuale. Nam actuale nullum est ab ineunte atate, cui nullus est virus rationis, aut liber arbitrii. At Scriptura hoc peccatum repeat ab ineunte atate, in Genesi. Itaque oportet esse originale. Quod ego tamen sic explico, ut non aequat late pateat. Originale enim peruerit omnes animae facultates, non voluntatem duntaxat, sed etiam ratiocinationem, immo ipsam imaginationem, id est, *no* *v. u.* at concupiscentia haeret duntaxat voluntati, ex vi ipsa vocabuli. Itaque videtur Concupiscentia propriè dici potius pars peccati originalis, quam ipsum peccatum originale. Quamvis ad præsentem controvèrsiam nihil interfit.

XI. Tertio, quod negat *φόρνιγα τῆς σπερματογένεως* hoc loco id esse malum, quod in carne, inque membris inesse dicebatur, hoc vero non concessero. Enim uero, cum Paulus eos, qui secundum Spiritum ambulant, opponat iis qui secundum carnem, quis non videt, alludere ad ea quæ dixerat de lege Spiritus, & lege in carne? Nam in Scripturis frequens phrasis est, ambulare secundum legem. Itaque ambulare secundum Spiritum oportet esse, secundum legem Spiritus: & ambulare secundum carnem, secundum legem carnis. Itaque & illud *καὶ ταῦτα εἰσὶ σάπια*, significabit affectus in anima, & cogitationes, & amantes ea quæ prescribuntur à lege carnis: ut hoc ipsum sit *φόρνιγα τῆς σπερματογένεως*.

XII. Illud uero, esse nimiam curam prouidendi, quæ carni sunt commoda, utilia, suavia, nego esse accommodatum. Primo, quia dixit *φόρνιγα τῆς σπερματογένεως* esse immitiam aduersus Deum, ut intelligamus (inquit Caietanus) *curam carnis non esse actum naturæ, qui potest bene & male fieri: sed esse peccatum, quod non potest bene fieri*. At hæc cura prouidendi rebus commodis carni, & actus est naturalis, & potest bonus esse, eamque ob causam à Bellarmino non potuit nominari cura, sed tantum nimia cura. Secundo hoc φέρεται, non tantum est in prouidendo his commodis, sed etiam in opere affectu. Nam cum Sacerdotes Baal lacerabant se, Regum 18. & cum Iudas strangulauit seipsum, & cum Vestales virginitatem seruarunt, & similia plurima, tum non prouidebantur commoda carni, sed contra potius: & tamen regnabat *τὸ φόρνιγα τῆς σπερματογένεως*.

XIII. Nullum agnoscitur sensum carnis à Paulo falsum. Contra enim in præced. capite in seipso agnouit legem peccati in membris. Enim uero cum nunc dicit eos qui sunt secundum Spiritum, sapere quæ sunt carnis, eos vero qui secundum carnem, quæ carnis: non is sensus est, ut nemo qui secundum Spiritum uiuit, quicquam sapiat secundum carnem. Sed est formalis distinctione, quæ hominem considerat, qua talis est. Et certe verum, ex quo quidquis spiritualis est, non cogitat quidem quæ carnis sunt, quia si cogiter, cogiter ex eo quod adhuc in eo remanet carnis. Quomodo Ioannes dicebat etiam disertus, *Qui ex Deo est, non peccat*. Itaque hoc eodem sensu Paulus dicerat, se facere malum quod noller: & non facere bonum quod vellet. Imo disertus, ipsum se quantumvis talem, id est, spiritualem, tamen venundatum esse sub peccatum. Et denique mente scriuire legi Dei, carne vero legi peccati. Potuitne hæc omnia, & nullo modo *φέρεται τὸ φόρνιγα τῆς σπερματογένεως*.

C A P . X.

De Patribus.

I. Scripturis ita disputamus. Sed enim ne à Patribus quidem destitutumur, Primus esto Hilarius, à quo habemus, malas cogitationes, id est, concupiscentias Vitorum nomine insignitas. Apud Augustinum lib. 2. *Contra Julianum*. Ad hac nos vitia naturæ nostræ propellit insinctus. Et post, Non enim ipsa illa iniquitas opera sufficient ad perfecta beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiam in hac iniquitate voluntate humanarum demutacionum & mortuum non reputat vitia Ex in Psalm. 136. Edom interpretatur terrenum. Vitria itaque terreni corporis nostri quia ex natura corporis nostri exirent. Edom sibi numerantur. Et ibid. sepius. Similiter Augustinus apud Lombardum lib. 2. cap. 30. Quia autem est concupiscentia, cum quæ natu sunt? Vitium utique est, quod parvulum habilem concupiscere facit, adulterum etiam concupiscentem reddit. Itaque ipse Lombardus statim, ex his datur intelligi, quid sit originale peccatum, scilicet vitium concupiscentia: quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intravit, eisque vitiauit. Sed & Ambrosius eodem vitium nomine, apud Augustinum lib. 2. contra Julianum. Iste se quos intelligimus, vitia nostra, quæ legimenter ex lege peccati resurgent.

II. Sed hic Bellarminus respondet per Vitii vocem significari omnem corruptionem & languorem, etiamsi proprie non sit peccatum. Et confirmat ex Augustino contra Julianum. Iam-ne discernis, iam-ne respicias, & in baptimate fieri omnium remissionem peccatorum, & cum baptizatis quasi ciuile bellum interiorum remanere vitorum? non enim talia sunt vitia, que iam peccata dicenda sunt, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat, & concipiatur parvum peccatum: passiones sunt, vitia sunt frenanda: cohinda, sananda sunt: sed dum curantur, infesta sunt.

III. Ita est, inquam, patet latissime Vitii nomen, etiam ad non peccata: quia comprehendit quicquid discedit ab eo quod esse debuit. Sic rubigo, vitium est in segetibus. Sic in cruce vitium est, claudicatio, sic vitio creabantur consules apud Romanos, & multa similia. Sic in Scripturis Latinus interpres vertit vitium, quod Hebreæ est, *רָעַב*. Sed vicissim, vitium pro peccato sumi, negare non poterit, qui legerit ad Galatas 5. *Carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis*. Quid ergo? Nempe, ut in omnibus hominibus, distinctione petenda à natura rei de qua agitur. Nam si vitium dicas legitum, quistam bardus, ut intelligat claudicationem? Non quod vitium non significet etiam claudicationem, sed quod segetibus nulla claudicatio. Sic cum vitio creatos consules lego in historia Romana, nunquam robiginem animo concipio: quia agi sciam de consilibus, non de segetibus. Neque inquam mihi quis persuaserit non alia differentia vitium esse hominis fornicationem, quam claudicationem.

IV. Esto ergo nobis vitium, quicquid est contra naturam rei cuiusque. Sed naturas rerum deinceps distinguamus: ut & vitorum diuersa genera ne confundamus. Dico igitur vitia hominis, quædam ad animam pertinere, quædam ad corpus. Ad corpus quidem, ut cæcitatem, surditatem, claudicationem, lepram, & quemlibet morbitum. Ita autem sic esse vitia, ut ne sint

peccata: quia nihil habent admixtum voluntatis: sed penitus sunt inusitatia. Ad animam quæ pertinent, vel discedunt à recta facultatum constitutione, vel à regula morum. A facultatum constitutione recidunt, defectus memorie, & iudicij, sive stupiditas: & *αληθεία*: & similia. Et hæc rursum ne sunt peccata. Sed quæ peccant contra regulam morum, id est iustitiam, ea qui neget esse peccata, careat sensu communi. Hoc autem vitium Concupiscentiae, ab iis patribus non numeratur nisi in hoc genere, quod opponit regulæ morum. Itaque non potest non esse peccatum.

V. Ipsos aduoco testes. Hilarius certè hæc vitia legi mentis, ex lege peccati dixit resistere. Vitia ergo intellexit opposita regulæ mortui: ideoque & peccata. Quid? quod Ambrosius, *Omnis, inquit, sub peccato nascimur, quem ipse ortus in vita est?* Lombardus, adeo vitium intellexit peccatum, ut etiam Concupiscentiam existimat esse ipsum originale. Augustinus subinde concupiscentie reatum agnoscit, quod ipsum statim videbimus. Sed quid hæc minuta conquiror? Et non potius illud valentissimum Hilarii volum vibro? Negat sufficere opera iustitia ad meritum beatitudinis; nisi misericordia Dei humanorum motuum virtus non reputet. Quid potuit disertus? Aut quis inquam audiuist opus esse ad salutem, ut non impudentur nobis, cæcitas, claudicatio, surditas, & similia virtus, tantum virtus, non etiam peccata? Omnino certum, si genti hæc virtus, ut per misericordiam ne impudentur, ergo sunt peccata. Quia iis verbis non significatur nisi remissio peccatorum. Et quia peccata sunt, alia operum perfectiorum, ut scorratio, furtum, homicidium, quæ etiam ab omnibus faltem facilius conceduntur esse peccata, & indigere venia: ideo dixit Hilarius, etiam virtus indigere misericordia, quasi ex parte diceret, non tantum illa manifesta peccata, sed etiam hæc concupiscentiae occulta virtus, oportere à Deo condonari. Nimis illud etiam eiudem verissimum apud eundem Augustinum eod. lib. *Illa ipsa corpora nostra omnium vitorum esse materiem, pro qua polluti & sordidi, nil in nobis mundum, nihil innocens obtinetur*.

VI. Nec mouet me, quod contra obiicitur ex Augustino, negante huiusmodi virtutia esse, quæ peccata dicenda sint. Quandoquidem si ei mos est, ut non absolute concupiscentiam neget peccatum, sed quodam modo, nempe quia dimissus sit eius reatus, ut non reputetur peccatum. Quod quidem & verissimum est, & nihil aduersum nos. Sed id edisserendum erit plenus, in altera parte, cum examinabimus argumenta aduersaria.

VII. Veruntamen illud Hilarii iam recitatum de materie omnium vitorum, pro qua polluti & sordidi nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinetur, quæ eludat Sophistice; Non enim tantum virtus nominantur, sed etiam describitur eorum propria natura, quæ non potest non ad peccatum pertinere, cuius est immunditia, & talis quidem immunditia, per quam nemo sit innocens. Nam no centiam (vitia loquar) non solemus tribuere eiusmodi virtutis, cuiusmodi sunt virtus, cæcitas, surditas, claudicatio,

VIII. Responder ergo Bellarminus: corpora materiam dici vitorum, propter morbum concupiscentia. Ita est, inquam, nec nos monstratore indigimus Bellarmino, qui afferemus audiuimus Hilarium. Sed hoc potius postulabamus: qui fiat, ut non sit concupiscentia peccatum. Itaque rursum quo, quo sensu ita sit dictum ab Hilario. Quia, inquit, concupiscentia, quamvis ipsa non sit peccatum proprie, tamen causa est peccatorum, dum ad peccata stimulat, & impellit.

IX. Imo vix potuit absurdius. Primo, illud quamvis proprie non sit peccatum, habet à se ipso, nunquam legit apud Hilarium. Nos autem scimus quidem ita Sophistas cauillari, sed nos mentem quærimus Hilarii, Sophistis meliorem optamus. Secundo disertus Hilarius loquitur, qui corpora nostra dicat esse materiem vitorum. At iste materiem transformat in cauillam efficientem. Est ne sanus; Hinc apparet, quo sensu corpora Hilarius nominet, non sane pro ipsa corporis massa, quæ nullo sensu bono dici possit materia vitorum, sed pro ea ipsa carne, quam vocat Apostolus, id est, concupiscentia carnali. Enī Bellarminus Sophistice, concupiscentia, propter concupiscentiam est materies vitorum. Egregie sane, & prudenter.

X. Sed illud quid est, pro qua nihil obtinetur mundum & innocens? Nēmpe, inquit, non dicit abolute pollutos, & sordidos esse: & nihil mundum, nihil innocens obtinetur: sed ex parte concupiscentia, quæ materia est vitorum, & semper incitat ad peccata. Nihilominus tamen ex parte gratia, per quam vincimus concupiscentia incentiva, non solum pollutionem, & fordes euadimus, sed magis etiam emundamur, atque purgari amur. Nam ipsi Hilarius addit gaudendum est, quod hostem habeamus: quod est absurdum, si abolute polluti & sordidi essemus.

XI. Optime, inquam: & nos consentimus non esse absolutè pollutos, & inmundos: sed esse ex parte concupiscentia pollutos: ex parte autem gratia mundos. Nihil, inquam, verius. Quomodo, qui Paulum dixit fuisse actualiter peccatorem, non absolute dicit peccatorem, sed ex parte peccati. Verum hoc genus respondendi, quod nam, aut unde est? Non enim soluit argumentum Quod ego disertus explicò per partes, ut ne dissimilare possit Bellarminus, quod fixit non videre. Si ex parte concupiscentia, ut loquitur Bellarminus: sive ut Hilarius, si pro materie vitorum, nihil habemus mundum, nihil innocens. Ergo concupiscentia, ergo materies vitorum est peccatum veri nominis: nam propter peccatum solum homo negatur esse inoccens.

XII. Verum, inquit, per victoriam, magis mundamur, & purgari à peccato. Ita est, inquam. Sed ergo ne concupiscentia non est peccatum; Imo contra, propterea concupiscentia est peccatum. Nam si non esset, quoniam odo eam vincentes mundare à peccato; Si abstergendo lutum, purgari nunc à sordibus, ergo lutum est fordes: Si emergendo à febre liberamur morbo. Ergo febris est morbus. Si domita fornicatione, liberamur à peccato, ergo fornicatio est peccatum. Et negabit mihi quisquam, concupiscentiam esse peccatum, qui concedat ea superata, purgari nos à peccato?

XIII. Sed gaudendum, dixit Hilarius, quod hostem habeamus. Dixit, Dixit ergo contra mentem Pauli, qui non potuit non exclamare, *Miser ego homo, quis me eripiet ex isto corpore mortis?* Serio sensu confessus se esse miserum, propter hunc hostem domesticum, cum quo erat illi semper confundendum. Non tantum, inquam, optans eo liberari, sed dum non liberatur, et si cum eo configeret, tamen se miserum dicens? Er quisquam gaudeat. Sed profecto Hilarii mentem dissimulauit Sophista. Hilario gaudi causa, non propter se hostis est, sed propter victoriā. *Quia non existente hoste, inquit, non erit*

et in bellum, cessante deinde bello, victoria deerit. Hoc genus gaudii magnificum erat in Apostolo: qui, cum diceret, Miser ego homo: ut se ostenderet dolere de hoste; addidit, Gratias ago Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Gaudet igitur fideles: & non ex parte hostis, sed ex parte gratiae, ut ego phrasibus utar Bellarminianis: ideoque concupiscentia, qua fuit materia gaudii Paulo, non fuit etiam Hilario: sed opposita concupiscentiae gratia. Tanta (inquit Hilarius) & tam admirabilis in nos misericordia. Dei bonitas est, ut per quem in Ada offensa generositatem prime illius & beatitudinem amissimus, per eum rursus id, quod amissimus, obtinere mereamur: tunc enim diaboles induens noctem, nunc autem cum nocere nititur, vincitur. Mout enim per infirmitatem nostrae omnia potestatis sua tela, cum ad lasciviam accedit, cum ad ebrietatem illicet, cum ad odio stimulat, cum ad avaritiam provocat, cum ad cades instruit, cum ad maledicta exacerbat. Sed cum per firmitatem animi horum omnium surrepentia incentiva reprimantur, emundamur a peccato per huius virtutis gloriam.

XIV. Haec tenus ista. Nunc alia. Hilarius idem apud eundem Augustinum, concupiscentiae malitiam nominat. *Ipsius Apostolis, verbo licet iam fidei emendatis atque sanctificatis, non defessa tamen malitiam, per conditionem communis nobis originis docuit, dicens, Si vos, cu[m] sitis mali, nos[tr]is bona data dare filii vestris. Ambrosius non ab ludit, citante iterum Augustino, Bonus ergo rector malos equos restrigunt & reuocat, bonus incitat. Boni equi sunt quatuor, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia: mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Ad quæ verba sic Augustinus, Catholice istos equos intelligimus virtutem nostram, qua legi mentis, ex lege peccati resistunt. Et post, Nec in his equis malis, iniquitatæ nominasse putandas est illam, quæ deletur in baptismo: illa namque peccatorum, quæ fecimus, fuit, quæ cunctæ remissa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, quando ipsa siebant, atque transiabant. Istam vero legem peccati, cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, properea vocavit iniquitatem, quia iniquum est, ut caro concupiscat aduersus Spiritum. Audis malitiam, qua mali sunt homines, audis iniquitatem. Et adhuc negas peccatum? Ignosce, non sumus frontis tam duræ.*

XV. De malitia Bellarminus non simpliciter. Primo ab Augustino referri ad peccata venialia: cum enim probaver ex Cypriano homines iustos in hac vita indigere mundationem a peccatis venialibus, idem probare ex Hilario. Secundo posse exponi de prauitate ad malum. Nam & illa Christi verba, Si vos, cu[m] sitis mali, commode referri posse ad pronitatem.

XVI. Vide Sophistam. Probare autem Augustinum iustos indigere mundationem a peccatis venialibus? Imo falsissimum, vilam fuisse Augustino & Julianum controvrsiam de peccatis venialibus. Deinde peccata venialia, non sunt a conditione naturæ, nō profecto magis, quam singularia quæque peccata, furtum, ira, in quibus dimetiuntur subtiliter venialitatem, & mortalitatem subtilissimi Papistæ. At Hilarius hanc malitiam arcessit a conditione communis originis. Denique quid tum? aut quid inde refert Bellarminus? Nam venialia, quantumvis venialia, tamen peccata sunt, apud istos Papistas. At nos contendimus Concupiscentiam esse peccatum. Concedit ergo Iesu, quod volumus.

XVII. Sed potest hæc malitia referri ad pronitatem. Ita est, inquam. Nec nos sane alter aut cogitamus, aut volumus. Concupiscentia scortandi, non est ipsa scortatio: concupiscentia furandi, non est ipsum furum: sed est proclivitas ad scortandum, ad furandum. Itaque nihil adfert Bellarminus quod ignoraremus. Sed nos addimus, quod ille vult ignorare: hanc proclivitatem ad scortandum, ad furandum, esse malitiam Hilario: vnde nos peccatum concludimus, & probamus, quod ea sit malitia, pro qua Christus appellari homines malos, & quidem malos, etiam tum cum bona dant suis liberis. Non ægrotat, qui proclivus est ad ægrotandum: tum cum bene valer. Non est, sed mortuus, qui tantum proclivus est ad moriendum, hic diserte malus dicitur, qui proclivus est ad peccandum. Itaque necesse est aliter proclivitatem interpretari malitiam: si non recedat a vero, qui ab hac malitia malos nominat.

XVIII. Sed ipsum opus est Hilarium consulere: ex cuius commentariis in Psalm. 118. sumpsit illa Augustinus ad literam Samæc. *Doctrina caelestis ratio admonet, ut dictum hoc (Declinate a me maligni) referendum ad personam hominum, in quibus infinita malignitas existimetur. Prophetæ enim, qui gentes docet, qui verbum Dei prædicat, iuvat, ut a se uniuersi maligni declinent: quia congregatio sancta a malitia operarios sit indigna, & nesciat quem possit excipere. Omnibus enim per natura demutabilis voluntatem adiacet: ipsisque Apostolis, verbo licet iam fidei emundatis, atque sanctis, non abesse tamen malitiam per conditionem communis nobis originis docuit, dicens, Si ergo vos, cu[m] sitis mali. Ita nunc Sophista, & Hilarium negato agere de peccato, sed tantum proclivitatem.*

XIX. Sed de iniquitate, quid habet? Vocari ita ab Ambrosio concupiscentiam: quia sit deordinatio quedam, & peruersitas naturæ contra ordinem in prima creatione positum. Quod & nos fatemur, imo vrgemus. Sed non tamen proprie peccatum addit. Quod nos contra putamus. Sed quam obrem hoc ille? Quia, inquit, eiusmodi peruersitas non sit in voluntate, qua sola capax est peccati. Nam eti[n]a nunc equus freni impatiens deiiciat sellor, iniquitas est, quia secundum ordinem a Deo in creatione positum, debuerunt animantia omnia homini obedire. Quia tamen equus, nec virtutis, nec virtutis proprie capax est, ea non est iniquitas, nisi materialiter & impropre.

XX. Ita sumere Ambrosium probat argumentis quatuor. Primo: quia hæc iniquitas dicatur esse in carne, non in mente: propterea, inquit, quia iniquum est, ut caro concupiscat aduersus Spiritum. Secundo, quia cum hac iniquitate iustitiam esse in homine testetur. *Quamuis, inquit, ad sit in nostra renouatione iustitia. Non potest autem iniquitas proprie dicta cum iustitia in eodem homine commorari. Tertio, quia Augustinus tract. 41. in Ioann. dicat per Baptismum tolli iniquitatem omnem, & solum remanere infirmitatem. Quarto, quod Ambrosius in libro de Isaac & anima, vnde hæc Augustinus descripsit, comparet animam currui, Christum aurigæ, quatuor virtutes cardinales quatuor bonis equis, quatuor passiones toutem equis malis. Quomodo igitur prudentia, non vitium stultitiae, opponitur, sed passio iracun-*

dæ: item temperantia & fortitudini passiones, sic oportet iustitiae oppositam iniquitatem, non vitium esse, sed passionem.

XI. Nimurum, sic negabat olim nescio quis niuem esse candidam: quia candorem interpretabatur, quam alii nigredinem. Nam ita Sophistæ quilibet sibi licere putant: etiam verba susque de quæ habere, ut ne loquantur cum vulgo, et si vulgi sonos usurpent. Verum quid iuvat sophisticari? Nam Ambrosius manifeste virtutibus opponit iracundiam, concupiscentiam, timorem, iniquitatem. Ergo necessario haec intelligenda sunt vitia: id est peccata: ita postulante optionis natura.

XII. Enimuero iniquitatem hanc non esse in voluntate, negamus, ut alias: occupat enim ipsam voluntatem, quia est eius inclinatio ad malum. Itaque omnino aliena est illa Bellarminii comparatio equi & equitis: haec enim res natura prorsus disparatas comparat: cum nostra disputatio hominem consideret constantem ex duabus partibus, non disparatis, quomodo ex equo & homine fit eques, sed natura conexis. Dicam amplius, erant, qui concupiscentiam hic considerant in solo corpore: est enim, non corporis, sed corporis animati, & quidem non simpliciter animati, sed anima rationali animati.

XIII. Addo hos equos, de quibus agit Ambrosius, esse ipsius animæ equos, id est, passiones, non autem corporis. Probatur, quia ipsa optionis ita postularat. Sunt enim Prudentia, Temperantia, Iustitia, Fortitudo, ipsius animæ, non autem corporis. Quomodo igitur corporis cætati, si quis opponat stultitiam, quæ ad animam pertinet: aut etiam claudicationi, quæ crurum est, auditum, qui ad aures spectat: siccè propinet irridendum: ita absurdè Ambrosius opposuisset animæ virtutibus, corporis virtus. Itaque eius libri de Isaac & anima c. 2. diserte, *Anima, inquit, secundum suum naturam optimæ est, sed plerumque per irrationalib[us] sui partem obnoxia fit corruptioni, ut inclinetur ad voluptates corporis, & appetentiam. Audin' irrationali animæ partem? Audin' per hanc corrumpi animam? Audin' hanc corruptionem opponi naturæ optimæ? Ergo per hanc sui partem irrationali intellexit animam fieri malam. Quod si equos illos bonos nemo non intelligat rationabilem animæ partem: ergo & per malos, eiusdem partem irrationali, ac proinde non corporis ipsius seorsim & per se considerati, passiones ut voluit Bellarminus.*

XIV. Prima ratio, quæ ponit iniquitatem esse in carne non in mente, fallit homonymia: carnem enim usurpat, pro hominis parte corporæ: mente autem, pro altera, id est, anima. At non ita Ambrosius: sed ad mentem Pauli, carnem appellantis hominem constantem anima & corpore, sed corruptum: Mentem vero, hominem etiam constantem anima & corpore, sed regenitum. Et ita Ambrosius ipse, cod. lib. c. 2. *Vbi caro pro homine nuncupatur, peccator exprimitur. Ad eam mentem Eucherius de Formulis c. 7. Caro, homo exterior, nota: non hominis pars, sed homo.*

XV. Fatoe, iustitiam, in homine ponit cum hac iniquitate. Sed nullus in iustitiam propriæ dictam, esse posse in eodem homine cum iustitia, hoc vero qui negat, siccè & nō ἀποτελεσθετ. Nam Paulus disertus est contra. *Mente, inquit, seruo legi Dei: nonne haec est veri nominis iustitia? Carne vero legi peccati? haec est vera iniquitas. Quia scio malum, inquit, quod nolo. Et Hilarius paulo ante in ipsiis Apostolis tanctificatis agnoscebat inessere malitiam. Imo Augustinus ipso illo 41. tract. in Ioannem. Quemlibet valde iustum dissentias in hac vita, quamvis iam sit dignus iustiocabulo, nō est tamen sine peccato. Audi ipsum sanctum Ioannem, cuius & hoc Euangelium est, in Epistola sua dicentem, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Solos hoc dicere potuit in mortuis liber: de solo dici potuit, quod non nouerit peccatum: etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato. Solus dicere potuit: Ecce veniet princeps mundi, & in me nihil inuenies. Quemcumq[ue] alium licet iustum discusseris, non omnimodo est sine peccato.*

XVI. Legi apud Augustinum, *Quicquid peccatum est à nobis, antea deletum est in baptismo. Nunquid, quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic viueremus. Quis autem audeat hoc dicere, nisi superbus?* Quid vero inde venatur Bellarminus? Aut quis dubitanit per remissionem deleri peccatum? proindeque etiam iniquitatem? Sed si delerit, non tamen propterea peccatum non est peccatum, aut iniquitas, iniquitas. Imo, si non esset, non deleretur, non remitteretur. Porro nota est Augustini doctrina docentis dimitti, siue auferri reatum. Et hunc, quis non facilius iniquitatem aut appellat, aut intelligat, quam monstrum illud iniquitatis, quæ non sit iniquitas?

XVII. Iniquitatem numerari in passionibus, non displicer. Sed has esse animæ passiones perfpicuum est ex ante dictis: ideoque male separari a virtutis. Estoque ergo passio: sed animæ: sed virtuosa: & quidem in eo virtutum genere, quod ad mores pertinet, non ad constitutionem corporis; aut quid simile.

XVIII. Quid? quod etiam peccati nomen diserte tributum inuenimus. Concupiscentia? Ambrosius (sive alius autor est) in 8. ad Roman. *Hoc est, non secundum carnem ambulare, sed secundum Spiritum, ut deuotio animi, qui est spiritus, non consentiat desiderio peccati, quia per carnem seminat concupiscentias animæ, quod inest peccatum. Si damnatum est peccatum, quomodo inest? Augustinus contra Iulianum libri quinti capite tertio, Sicut cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur: & pena peccati, qua cor superbum digna animaduersione punitur, & causa peccati, cum mali alignid eaci cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia inest illi obedientia contradominatum mentis. & pena peccati est, quia reddit a est meritis inobedientis. & causa peccati est, defectio conscientis, vel contagione naçentis. Libro secundo, Cum per firmitatem animi surrepentia iacentia reprimuntur, emundamur a peccato per huius virtutis gloriam. Rursum. Quomodo ergo mortuum dicimus hoc peccatum in baptisme, & quomodo habitare in membris fatemur, & multa operari desideria reluctantibus nobis, qui non consentiendo resistimus: nisi quia mortuum est in eo reatu, quo nos tenebat, & donec sepultura perfectione sanetur, rebellat & mortuum? Quamvis iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum: sed quod sit reatu primi hominis factum, & quod rebellando non trahere nititur ad reatum. Ianniti sunt similes loci.*

XXIX. Bernar-

XXIX. Bernardus serm. 6. de Aduentu. *Alio in loco ait idem: Apostolus, Scio, inquit, quod non est in me bonum, hoc est, in carne mea: & alibi, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Sciebat nimurum non prius liberandum se esse à peccata illa radice, qua carni infixa est, à lege peccati, quae est in membris nostris, donec & ab ipso corpore solueretur, unde & cupiebat dissolvi, & cum Christo esse, sciens, quod peccatum separans inter nos & Deum penitus auferri non poterit, donec liberemur à corpore. Audistis de quodam, quem Dominus curauit à Demonio, quoniam collidens, & multum discerpens eum, demon exiuit ab illo. Itaque dico vobis, genni illud peccati, quod toties conturbat nos (concupiscentias loquor, & desideria mala) reprimi quidem debet, & potest per gratiam Dei, ut non regnet in nobis, nec demus membra nostra armis iniquitatis peccato, & sic nulla damnatio est his qui sunt in Christo Iesu: sed non existitur nisi in morte.*

XXX. Respondent ad primum ex Augustino locum (nam ad reliquos nihil vidi) primo agere de concupiscentia ante Baptismum. Detur aduersario (inquit Peltanus) concupiscentiam, quae in allegata autoritate peccatum appellatur, vere & proprie peccatum esse: at vnde probabitur Augustinum de ea concupiscentia loquutum, quae in reatu sit reliqua? Soto: Nostris in Colloquio Vormatiensi, & in reliquis respondent, sermonem fuisse illic Augustino de Concupiscentia ante Baptismum. Et Peltanus habet argumenta duo. Prius, siquidem nulla omnino renatorum hic fit mentio, ne minimo quidem verbo. Posterior, quia vbique inculcer concupiscentiam secundum se à culpa immunem esse: culpabilem tamen, ac peccaminosam fieri posse, si renati voluntas illi asserentur.

XXXI. Verum videtur Soto, videntur alii huic solutioni non satis fidere. Bellarminus, Perierius, alii omittunt proorsus. At Soto: *quamuis, inquit gl. ss. bac forte sufficeret, mihi tamen si concuicere licet, aliis est verisimilior sensus. Imo impugnat, Quoniam, inquit, illuc absque discrimine intendit Augustinum persuadere concupiscentiam esse rem malam, etiam post suscepit baptismum: contra Julianum dicentem illam esse bonam, siue quatenus naturalis est, siue quatenus à Deo inflicta esset propter peccatum.*

XXXII. Et vero quis nescit Augustinum asserere concupiscentiam post baptismum remanere, sed remitti eius reatum? Libri 1. de Nuptiis & Concupiscentia c. 25. Respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. Et alias s̄p̄c̄, Quod si manet eadem, Ergo de eadem loquutum oportet esse Augustinum. Sed id sit manifestius ex ipso loco, vbi distinguit concupiscentiam tripliciter: tum quatenus inest ei obedientia, tum quatenus redditum est meritis inobedientis: tum denique, quatenus inducit defectiōnēt consentientis: & his omnibus de causis, dici peccatum. Ergo, inquam, in primo membro non contineatur consensus, sed solus primus modus. Quare hanc oportet intelligi etiam post Baptismum: quia sola regenit non consentient.

XXXIII. Argumentorum prius sophisticum est, alterum manifesto falsum. Nulla, inquit, firmatio renatorum. Quid tum, inquam? Nam ne quidem non regenitorum. Placet-ne igitur, ut de Concupiscentia loquutum dicamus neutrorum, neque renatorum, neque non renatorum? An displaceat tanta absurditas? Ergo ne placeat tam ridicula subtilitas. Et consentiamus loquutum Augustinum de concupiscentia hominum: id est, non peculiariter renatorum, nec peculiariter non renatorum: sed generaliter hominū, id est, vtrorumque.

XXXIV. Sed concupiscentiam secundum se immunem esse culpe, alterum fuit argumentum, nunquam docuit Augustinus: falso sumit Peltanus. Docuit Augustinus, concupiscentiae culpam dimitti in Baptismo: & verissime docuit. Sed si dimittitur eius culpa: ergo non per se, sed per accidentem culpa caret, id est, per gratiam: quomodo omne peccatum culpa caret, cum dimissum est. Itaque, quomodo sc̄ortatio per se non minus est vere peccatum, quum dimissa est eius culpa: sic & concupiscentia.

XXXV. Hac igitur solutione deferta, iterum respondent, peccati nomine vsum esse Augustinum largo modo, ut Bellarminus loquitur. Hunc largum modum explicant, ut omnem corruptiōnēt & vitium significet, Bellarminus: Perierius non peccatum mortale, sed peccatum naturae corruptae: quemadmodum vita contraria integrati & perfectioni naturae à Philosophis appellantur peccata naturae, ut monstra, naturalis cæcitas, surditas, mutitas. Peltanus, nō aliquem culpe reatum, sed naturae tantum vitium, aut defectum.

XXXVI. Argumenta hæc habent: Primum, Quia neget idem Augustinus concupiscentiam esse peccatum; contra duas Epistolas Pelagianorum c. 13. lib. 1. Et ideo iam nō sit peccatum, si sic vocetur, siue quod peccato facta sit, siue quod peccandi delectatione moveatur. Quia inobedientia carnis contra dominatum mentis, non possit proprie esse peccatum, donec mens resistit: cū caro non sit capax peccati proprie dicti. Ideoque cum dixit Augustinus inesse illi inobedientiam, eo ipse negavit esse peccatum. Tertio, quia contra Julian. lib. 2. dicit idem Augustinus, motus concupiscentiae, esse passiones, & virtus, non tamen peccata: & lib. 6. c. 5. esse malum, non tamen peccatum: *Omni peccato baptisati carent, non omni malo.*

XXXVII. Sed contra, certum est peccati nomine hic intelligi id, quod ita illicitum est, ut sit contra legem diuinam positam animæ rationali: & admisum, reum faciat per se hominem poena: et si per accidentem, possit eius dimitti culpa, id est, reatus, ut propterea non infligatur poena. Quod si fiat, tum ne peccatum quidem appellari, non quod nō sit peccatum per se, sed q̄ per accidentem censeatur non peccatum, id est, non imputetur in peccatum.

XXXVIII. Appellari peccatum proprie appetit primo ex comparatione cæcitatibus, sicut, inquit cæcitas cordis, & peccatum est, & poena peccati, & causa peccati, ita concupiscentia. Et hoc legens quisquam, negat Augustinum agere de peccato proprie dicto? Et fingat nobis peccatum largo modo: nec aliter peccatum, quam quomodo peccatum est Cæcitas oculorum, surditas aurium, mutitas linguae? Quid? quod idem conscientiae peccatum & mortem in baptimate dicit, & habitare tamen in membris nostris? An hæc verba ita discerpant, ut de alio & alio peccato intelligent Sophistæ? Quid? quod tam s̄p̄c̄ docet, dimitti eius reatum? An potest dimitti reatus cuiusquam rei quæ non sit peccatum, & proprie peccatum? Quid? quod hac victoria, qua vincimus concupiscentiam, mundari nos dixit à peccato? Qui potest quisquam intelligere, si tum, cum non plene consentimus concupiscentiae, nullum est peccatum? Aliud est enim obliuiscere peccato, aliud

mundari à peccato. Obsistimus peccato & quod nondum admisimus, ac proinde nec dum habemus: mundamur contra à peccato, quod habemus. Itaque cum concupiscentia in nobis est & ita est, vt reluctemur ei, & vincamus eam, aut hanc ipsam necesse est esse peccatum: aut per eam vita etiā absurde Augustinus dixit nos mundari à peccato. Et ita Iesu cogentur absurde Augustinus sine fine multiplicare, & largos modos minimum largo modo communisci: atque ita *mīmū aī aūvāvī, mīmū, nīgī mīmū* & *līgī* & *lāxī*.

XXXIX. Nec vero difficile est obiecta argumenta soluere. Non negat Augustinus simpliciter esse peccatum: sed *remīsa*: nempe quatenus remissa est eius culpa: adeo ut non noceat vita æternæ. Diserta verba; que non frustra noluit Bellarminus descripta omnia, *Ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quangum tracta sit a nascentibus, nihil noccat renascentibus: ex quibus tamen, si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursusque & nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur, & insit, nihil obfutura vita futura, quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimissus est: & ideo non iam sit peccatum, sed sic vocetur, siue quod peccato facta sit, siue quod peccandi delectatione moveatur, et si ei vincere delectatione in istitia non consentiatur. Est igitur peccatum perse: verum non est peccatum per accidens, id est, propter remissionem culpe, qua sit, ut non noceat vita futura.*

L. Inobedientiam carnis non esse peccatum, donec ei resistit mens, non bene percipio quo sensu dicatur: an enim volunt ei aliquando mentem non resistere, ac tum esse peccatum? Ergo, inquam, mens illis non ea quæ Paulo distinguenti mentem à carne. Nam hæc mens profecto non potest concupiscentiae consentire: quum potius verum sit, Spiritum concupiscere contra carnem. An potius volunt hanc quidem esse mentem, quam Paulo & eam, vbiunque est, resistere concupiscentiae, inde tamen efficit, ut ne sit peccatum? Sed hoc nos nunc contra disputamus, & probamus, credimusque ideo resistere clementem, quia sit peccatum. Nam si non esset peccatum, possit ei impune consentire. Breuiter, solum consentum mentis naturalis sufficere dicimus, ut sit concupiscentia peccatum, esse vero semper concupiscentiam coniunctam cum ea mente: Imo vero concupiscentiam nihil esse aliud, quam naturalem huius mentis consensum, id est, inclinationem ad ea quæ sunt opposita legi Dei. Quare illud, Carnem non esse capacem peccati, ridemus, ut alias, cum non aliud sit in hoc sermone caro, aliud mens non regenit.

XLI. Quoties enim admonebimus carnis nomine totum hominem significari, quatenus est non regenitus, constantem corpore & anima rationali? ideoque concupiscentiam non esse solius carnis, quatenus hæc significat eam partem, quæ & corpus dicitur, sed anima cum corpore? Audiant si nos nolint, saltem Augustinum libri sexti contra Julianum capite quinto, *Ideo dicit carnum concupiscere, quia carnaliter anima concupiscit: siquidem sine anima caro nec sentiat: concupiscere autem viventis, sentientisque natura est, sine quo sensu membra moveri non possunt, id est, per semetip̄a concupiscere nequeunt & qui sensu concupiscit, etiam sine membris, ut in spadonibus. Quis nescit quod nobis egregius doctor inculcas, ideo dici carnem concupiscere, quia carnaliter anima concupiscit? Non enim sine anima villa potest esse carnis concupiscentia: nam utique concupiscere viventis sentientisque nature est. Et paucis interpolatis, Motibus igitur suis anima, quos habet secundum Spiritum, aduersatur aliis motibus suis, quos habet secundum carnem: & rursus motibus suis, quos habet secundum carnem, aduersatur aliis motibus suis, quos habet secundum Spiritum: & ideo dicitur caro concupiscere aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem.*

XLII. Concupiscentiam motus esse, & passiones carnis, eadem opera scimus, quomodo verum sit. Non carnis brutæ, stupidæ, inanimatae, sed omnino animatae, & quidem rationalis, & uno verbo, motus animæ, passiones animæ, iam carnis, ex contagio carnis. Itaq; sic vitia, ut sint & peccata, quod alias diximus.

XLIII. Omni peccato baptisatos carere, non omni malo, fateor dixisse Augustinum, sed fateamur vicissim Bellarminum addidisse, quod ipse expellit noluit, ut noluerit, querant alii, nam ego facile diuino. Addidisse igitur statim, *Quod planius dicitur, omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Quod quandiu sartum tecum manebit, non est quod metuamus nobis à Bellarmi Sophistice, appetit enim negari peccatum ab Augustino, non simpliciter, sed propter remissionem reatus, ut alias notauius.*

XLIV. Nos pergamus, & vere peccatum esse concupiscentiam docemus, à remissione. Nihil enim remittitur, quod non sit vere peccatum. Augustinus de Peccatorum meritis & Remissione libri secundi capite decimo quinto, *Quomodo dimitti dimittitur per Dei misericordiam, si peccatum non est?* Si ergo concupiscentia remittitur, necesse est hanc esse vere peccatum. Item, quicquid habet per se reatum, est vere peccatum, At concupiscentia habet per se reatum. Est igitur peccatum vere. Habere per se reatum, necesse est, si dimittatur eius reatus. Hæc omnia facile probantur ex Augustino, De Peccatorum meritis & remissione libri secundi capite vigesimo octavo, *Hæc lex peccati, quod etiam peccatum appellat Apostolus, nō sic manet in membris eorum qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena, & perfecta sit remissio, omnibus inimicitiis interficiens, quibus separabamur à Deo: sed manet in vetustate carnis, tanquam superatum & peremptum si non illicet confessionibus quodammodo reuiniscat, & in regnum proprium dominationemque reuiniscat. Ab hac autem vetustate carnis, in qua est lex ista peccati, vel peccatum iam remissum: usque adeo Spiritus vita discernitur, in cuius nouitate baptisati, per Dei gratiam renascuntur, ut parum fuerit Apostolo dicere, tales non esse in peccato, nisi etiam diceret, in ipsa illos carne non esse, antequam ex hac mortali vita migrarent. Et paulo post, *Quandiu ergo manet lex concupiscentialis in membris, manente ipsa, reatus eius soluitur: sed ei soluitur, qui sacramentum regenerationis accepit, renouarique iam capit.* Iterum, *Sicut enim facta, & dicta, & cogitata iniqua, quantum ad ipsos motus animi & corporis pertinet, iam præterierunt, & non sunt: ei tamen præterit, & non iam existentibus reatus eorum manet, nisi peccatorum remissione soluatur. Sic contra in hac non iam præterita, sed adhuc manente lege concupiscentiae, reatus eius soluitur, & non erit, cum sit in baptismo plena remissio peccatorum.**

XLV. De

XLV. De Nuptijs & Concupiscentia lib. 1. c. 23. Respondebat dimiti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccato non imputetur. Et c. 26. In eis ergo, qui regenerantur in Christo, cum remissione accipiunt, pro sacerdotum peccatorum, utique necessis est, ut reatus eriam huius licet adhuc manentis concupiscentia remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non imputetur. Nam sicut omnium peccatorum, que manere non possunt, quoniam, ceteri sunt, praeterit, reatus tamen manet, & nisi remittatur, in eternum manebit: sic illius concupiscentia, quando remittitur, reatus auferitur. Hoc est enim, non habere peccatum, reum non esse peccati. Cap. 32. Nulla igitur, inquit, condemnatio est nunc his, qui sunt in Christo Iesu. Etiam nunc, inquit, quando lex in membris repugnat legi mentis, & captiuum aliquid tenet in corpore mortis huius, nulla condemnatio est ijs, qui sunt in Christo Iesu. Audi quare. Lex enim Spiritus vite, inquit, in Christo Iesu liberavit me à lege peccati, & mortis. Liberavit, quomodo? nisi quia eius reatum, peccatorum omnium remissione dissoluit: ut quāvis adhuc maneat, & de die in diem magis magisque minuatur, in peccatum tamen non imputetur. Hac itaque remissio peccatorum, quandiu non sit in prole, sic ibi est, lex ista peccati, ut etiam reatus eius cum illo sit, qui eum teneat eterni supplicij debitorum.

XLVI. Contra Julianum lib. 6. c. 6. Cur caro conteritur à fidelibus, si nihil remansit in baptismo, quod aduersus Spiritum concupiscat? Cur, inquam, contenterit à seipso templum Dei, si nihil ibi est, quod resistat Spiritui Dei? Non autem tantum inesse, verum & grauiter obesset, nisi reatus qui nos obstruxerat, per remissionem peccatorum solutus esset. Solutus ergo per indulgentiam, quia tenebat noxa: conteritur per continentiam, ne vincat in pugna. Paulo post: Tale porro nec tam magnum malum, tantum quia inest, quomodo non teneret in morte: & pertraheret in ultimam mortem, nisi & eius vinculum, in illa, quae fit in baptismo, remissione peccatorum omnium solueretur? Cap. 6. Nos eam malam dicimus, & manere tamen in baptisatis, quamvis reatus eius, non quo ipsa erat reus: neque enim aliqua persona est, sed quo reum hominem originaliter faciebat, fuerit remissus, atque euacuatus.

XLVII. Bellarminus in his soluendis est prolixus: ego exsequar per partes. Primo igitur constat Augustinum assidere, concupiscentiam remanere, nec tamen imputari in peccatum. Valde à nobis. Nam si omnino nō est peccatum, quid opus erat monitore, qui doceret non imputari in peccatum? Aut quis non eum magno excipiat cachinno, qui dixerit, post baptismum manere claudicationem, nec tamen imputari in peccatum? Enimvero latius notum est omnibus, non posse imputari in peccata, quae non sunt peccata.

XLVIII. Bellarminus negat vsquam Augustinum dixisse peccatum in aliquo esse, sed non imputari: aut tam stupidum fuisse, ut non intelligeret, reatum à peccato separari non posse: imo dicere, Hoc est non habere peccatum, reum non esse peccati. Loqui igitur de concupiscentia, quae in renatis non sit peccatum, non impunetur, non reos faciat, licet maneat actu.

XLIX. Sed quid iuuat tricari? Primo falsum est ab Augustino non separari peccatum à reatu. Contra verum, semper separari, excepta sola concupiscentia ante baptismum, hanc enim non tantum actu manere, sed etiam cum reatu coniunctam. Alias vero semper. Nam & concupiscentiam manere actu post baptismum, sublato reatu, quae sane separatio est: & singula peccata, actu transtire, nec amplius esse, reatum tamen eorum remanere, donec per remissionem collatur. Quae rursus separatio est.

L. Sed non dixit Augustinus, peccatum in aliquo esse, nec imputari. Totidem syllabis, concedo. Sed nostrum à syllabis argumentum nullum est: imo à doctrina. Itaque debuit Iesuita, non tricari in verbis: sed argumenti vim expendere, quod nos proposuimus. Quam vim illud ipsum significat, Hoc est non habere peccatum, reum non esse peccati. Ita enim significatur liberatio à peccato per gratiam: non per legem purgatio. Nam secundum legem non est reus peccati, nisi qui peccatum nullum aut haberet, aut habuit. At per gratiam, etiam qui habuit, etiam qui haberet, nimur per remissionem culpe, siue reatus. Illa igitur carentia peccati, supponit nullum omnino peccatum: ut non sit reus peccati, exempli gratia, Angelus, Christus. At hæc, contra præsupponit necessario: ut non sit reus negationis Petrus, adulterij David: perfecitonis Paulus: cum tamen ille negauerit: alter adulterum fecerit, tertius persequitus sit Ecclesiam: hi igitur alio sensu dicuntur carere peccato, quam Christus, quam Angeli. Nimur, ut mentiantur si negent se habere peccatum. Itaque verum est, Augustinum loqui de concupiscentia, quæ in renatis sit peccatum nec imputetur, aut reos faciat tamen.

L I. Nec vero alia ylla ratio appetit conciliandi Augustinum Apostolo asserti tam disertè: mendacem esse, quicunque dixerit se peccatum non habere. Cum Augustinus quosdam dicat non habere peccatum. Nimur, ut Ioannes loquatur de peccato, quatenus est peccatum: Augustinus vero de reatu peccati: ut vnu idemque habeat peccatum reapse, adeo ut si iudicaretur ex præscripto legis, non possit effugere condemnationem. At non habeat peccatum, quatenus ei, ut loquitur Paulus, nulla condemnatio est.

L II. Verum rursus dicit Augustinus, Concupiscentiam remitti in Baptismo: quod nec cogitari quidem potest, si nō sit peccatum. Imo disertus in plena remissione peccatorum, ea inquam, remissione, qua interficiuntur omnes inimicities, quibus separabamur à Deo.

L III. Responderet Bellarminus, peccatum esse, non ratione sui, sed ratione reatus peccati originalis, qui cum ea annexus manet ad baptismum usque. Tripliciter enim reatum dici concupiscentia. Primo eum, qui ab ipsa oritur, & in ipsa fundatur. Secundo, quo ipsa facta est non quem ipsa facit: nempe quia sit ipsa nata ex peccato Adami. Tertio, quem ipsa facit, si ad confessum pertrahat: ut nemo sit reus proprius, quod concupiscentiam habeat, sed quod ei cedat. Secundum & tertium reatus modum, esse ad mentem Augustini, non vero primum, probat ex verbis Augustini, lib. 2. contra Julianum. in Epilog. Quamvis iam non eodem modo appelleretur peccatum, quo facit reum, sed quod sit reatus primi hominis factum. & quod rebellando nos trahere nistur ad reatum: Et in cod. lib. An nondum fateberis, quod reatus eorum perierit, infirmis manefit, non reatus, quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant in maliis operibus, quo nos traxerant.

L IV. Sed quis non videt immanem *ignorantiam*, non ridet puerilem incogitantiam? Nam quis sibi persuadet Concupiscentia reatum dici potuisse, qui non sit ipsius? Caret profecto exemplo. Tam enim arcta est relatio inter peccatum & reatum, quam inter patrem & filium; causam & effectum. Sed fœda incogitastia, quam non aduertit nos agere, imo Augustinum agere de Tem. III.

remissione peccatorum, quæ fit in baptismo. Hic autem quis habet remitti ipsum peccati originalis reatum. Quorum ergo in reatu remitti concupiscentie reatum. Nisi forte concupiscentia pro peccato ipso originali dicas sumi: quod nō videtur alienum à stylo Augustini, ut nonnulli existimarent. Sed reatu dici, quia nos inducat in mala opera, certe dici non potest de infantium concupiscentia. Nam hos, credo, nondum illi consensile dictum Bellarminum. An igitur quia impellit, id est nata est impellere? Esto sani: nam nō ita censemus: ideo esse verē peccatum, & habere verē reatum, quia impellat nos ad singularia peccata.

L V. Superest ergo reatus notio prima sola commoda, quam solam Bellarminus rei ciebat. Nam quod attinet ad Augustini verba, non aduertit hæc dici de concupiscentia post baptismum, id est, cum iam remissa est eius culpa: imo, quatenus remissa: Quod argumentum nostrum non infirmat. Nihil enim obstat, quominus reatus sit aliquis concupiscentia per se, & proprie: Et ob istum, ipsa etiam propriæ peccatum per se & in se, reum faciens hominem: quamvis, remiso hoc reatu, postea alia quadam notione dicatur retinere peccati nomen. Itaque ipsum Augustinum obseruauimus disertè dicere, concupiscentiam esse peccatum, non tantum causam peccati, aut effectum peccati. Est ergo verum, concupiscentiam remitti in baptismo, ratione reatus: & quidem, si velis, annexi: non ratione sui: sed eum esse reatum non ab ea: sed ab eo potius illam, falsum, & alienum à mente Augustini.

L VI. Itaque tertio obseruare iubeo, Augustinum reatum concupiscentiae nominare eum, qui concupiscentiam ipsam ita comitatur, ut sit reus, qui hanc habeat concupiscentiam, hoc ipso quod concupiscentiam habeat, donec per baptismum reatu solvatur. Huc enim illa pertinet, Non tantum inesse, verum & grauiter obesset, nisi reatus qui nos obstrinxerat, per remissione peccatorum omnium solueretur? Cap. 6. Nos eam malam dicimus, & manere tamen in baptisatis, quamvis reatus eius, non quo ipsa erat reus: neque enim aliqua persona est, sed quo reum hominem originaliter faciebat, fuerit remissus, atque euacuatus.

L VII. Audite hic mira. Dici posset, inquit Bellarminus, per eum reatum, quo concupiscentia facta est, ab ipsa concupiscentia fieri hominem reum. Potest etiam dici, loqui Augustinum de concupiscentia, quatenus ea efficit habitum totalem corruptum.

L VIII. Quid malum, inquam, dici posset? Quin tu mihi certi aliquid assignas? Nam quis nescit dici posse etiam quæ dici non debeant? Quis nec sit Sophistis infinita in mente venire, eademque etiam in buccam, satagentibus vincere, non veritatem inuenire? Sed quod ita potest dici, etiam rideri potest: si tamē tuis locis esset aliquis in rebus seruis. Et vero quid potest dici? Concupiscentiam reum facere, per eum reatum, quo concupiscentia facta est. Sed quomodo, inquam, reatu ne, à quo ita facta sit, vtramen alienus sit ab ea: quomodo à reatu primo claudicatio facta, quæ tamen ipsa reatum nullum habet? Et non rideamus? Nam si hoc valet, cur non & claudicationis reatum dicimus in baptismo dimitti? Imo cur non dicimus claudicationis reum fieri hominem? Aut, si hoc absurdum, quid habet Bellarminus, quo se ridiculum neget? Si malit igitur, eum reatum concupiscentię, à quo ipsa facta sit: qui etiam ad eam pertineat: hoc ipsum nos volumus: et undem nimur reatum esse concupiscentię, adde fornicationis, furti, mendacij, homicidij, cum reatu eius peccati, per quod illa omnia ingressa sunt in mundum: & hoc reatu reos fieri homines concupiscentes, fornicantes, fuentes, mentientes, occidentes. Sed, quomodo furtum propriæ est peccatum, quod factum est à reatu primo, ita ut ipsum habeat reatum, quo reatu efficiat hominem: sic omnino & concupiscentiam dicimus, ne simus cum Bellarmino ridiculi.

L IX. Sed quid iterum dici potest? Concupiscentiam efficere habitum totalem corruptum. Quid hoc est, inquam? Aut cur non meminit Sophista agi de remissione in baptismo, quæ pertineat etiam ad infantes? An vero in plurimis habitum tribuat? Ut libet: nam quid iuuat λογική? Sed non eum saltem, quem paulo antea definiebat, comparatum ex multis peccatis, id est, propriis actibus.

L X. Sed erat ille locus vehemens, cum diceret Augustinus, ut adulterium actu transit, reatu remanet: ita concupiscentiam actu remanere, reatu transire per remissione peccatorum. unde patet Augustinum intellexisse reatum concupiscentię, itidem ut adulterij, id est, proprium.

L XI. Quid ergo noster ex cogitatuit Bellarminus, quod posset dicer? Nemo enim facile credit exhaustam eius omnipotentiam. Nimur, inquit, non comparat Augustinus concupiscentiam reatum, cum reatu adulterij in omnibus? Atqui, o Sophista, quis hoc assertebat? Sed quomodo igitur? In eo tantum, quod ut separatur reatus adulterij, ab adulterio, ita & reatus concupiscentię, à concupiscentia. Ita est inquam: omnino ita est. Sed nos addimus, quomodo non potest adulterij reatus separari ab adulterij actu, nisi eiusdem adulterij reatus sit, cuius & actus est: sic & concupiscentię. Itaque quomodo diximus eum reatum esse adulterij, qui separatur ab adulterij actu: ita oportet esse concupiscentię reatum, qui separatur ab actu concupiscentię. Quare obtinuimus quod volebamus: esse verum reatum concupiscentię: ac proinde concupiscentiam verum peccatum,

C A P. XI.

De Concupiscentia apud Iacobum.

I. **P**apistæ, ut Concupiscentiam, qualis post Baptismum remanet in fidelibus, negent illum esse ex se, vel sua natura, peccatum, quæ verba sunt Bellarmini, disputant in hunc modum, ex Scripturis, primo.

II. Iacobi verba sunt Epistolæ c. 1. *Vnde quisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illeatus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero ubi consummatum fuerit, generat mortem.* In iis verbis, quanto Bellarminus distinguit: Primo concupiscentiam, id est, potentiam appetendi pronam ad malum: deinde tres eius motus, suggestionem, id est,

N primam

primam apprehensionem rei delectabilis, abstrahentem, illud clementemque a himam: Tum conceptum, id est, delectationem, cum aliquo imperfecto con sensu: denique consummatum peccatum, gerans mortem. Iacobum igitur disparare concupiscentiam à peccato: ac proinde non esse peccatum.

III. Respondeo, negari consequentiam. Negandi argumentum magnū: Quod si hæc necessaria esset: ergo non tantum in fidelibus post baptismum, sed ne in infidelibus quidem, & ante baptismum, concupiscentia esset peccatum: cum tamen hoc saltem Papista concedant. Et Bellarminus ipse, ut notauimus, hos sibi controversiæ terminos ita prescripsit. At necessitatem nostræ consequentia probat ipse Iacobi locus, in quo agatur, non peculiariter de Concupiscentia post baptismum: sed vniuersaliter de concupiscentia in omnibus hominibus. Verba diserta, Nemo, cum tentatur, dicat se à Deo tentari. Vnusquisque tentatur. Et res ipsa ostendit eum peccandi ordinem, eosve gradus, in omnibus obseruari, tum ante, tum post baptismum. Quod si erubescant Papistæ negare vllam esse concupiscentia culpam in non baptatis, erubescant & tam temere abuti verbis Apostoli.

IV. Porro apud ipsos Papistas peccati nomen est ambiguum, varieque distinguitur. Certe Roffensis agnoscit sic appellari, & somitem, & motus impuros carnis, & consensum mentis ad seruendum illis moribus: & hostiam pro peccato: grauitaque Lutherum inerepat, quem putat omnia confundere. Audiuimus etiam Alfonsum de Castro, nonnulli simile proferre. Cuius igitur si belli non patientur solam peccati nomen obici, poterimus & nos bona corum gratia distinguere: ut aliquid generaliter, quicquid est contra legem iustitiae, aliquid strictius significet actus singulares, recedentes signatim à singulis præceptis, puta, homicidium, furtum, mendacium. Quam distinctionem ne ipso quidem aduersari possunt in dubium vocare: Quia (excepta hostia, quam peccatum τεγμάνως dici omnes consentient) re non differat ab eorum distinctione: quanquam, non ita eurose consecetur particulas. Cæterum enim, & concupiscentiam fatentur appellari peccatum, & consensum etiam illum imperfectum: Imo fatentur utrumque esse contra legem. Vi sola restat controversia ratio nominis, quam illi nolunt in culpa constitui: nos contra. Sed distinctio saltem admittitur.

V. Hac igitur posita, nullus nodus est. Iacobum enim negamus disparasse concupiscentiam à peccato vniuersaliter: sed à peccatis singularibus: Hoc est, nomine peccati, intellexisse stricte illa qua diximus singularia peccata, quæ verè sunt eius concupiscentia effecta in singulis hominibus, cum baptatis tum non baptatis. Non est autem necessarium, si non sit concupiscentia peccatum, qualia peccata sunt singularia, ideo nullum esse peccatum.

VI. Quod manifestum fit ex ipso Bellarmini distinctione. Quia non tam disparatur concupiscentia a peccato constituto in ultimo gradu, sed etiam reliqui gradus: nimur suggerio, & delectatio. At ipsi Papistæ delectationem, id est, consensum imperfectum non diffitentur esse peccatum, saltem veniale. Sic enim Bellarminus docet, Venialis peccata esse ex subversione, quæ pleno voluntatis assensu carent: capite tertio libri primi de amissione gratia. Si igitur disparatur delectatio, à peccato postremo nominato a p. Iacobum, & tamen est peccatum (nam Venialis Papista non negant esse peccata) Ergo non est verum, quicquid apud Iacobum disparatur à peccato, esse non peccatum.

VII. Sed Bellarminus negat, Iacobum loqui de peccatis operum, siue actualibus. Primum propter hæc verba, Peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem: quia peccatum operis ordinari plene deliberatum esse soleat, & consummatum ab omnibus dicatur. Cur ergo Iacobus distinxisset peccatum operis à peccato consummato? Secundo, quia nulla sit ratio, cur peccatum absolute positum restrinatur ad peccatum operis: cum peccatum operis, & cordis, non minus sit peccatum, quam peccatum operis.

VIII. Verum perperam Iacobi verba discerpuntur. Non enim diuersi gradus significantur, per partem peccatum: & peccatum consummatum: sed unus idemque: ut solet in Climate Rhetorico per repetitionem præcedentis transi ad sequens membrum. Itaque falsum distingui peccatum operis à peccato consummato. Nec vero etiam definit peccatum oris & cordis, esse peccatum, & quæ ac cuiuslibet operis, perindeque prohibitum à lege Dei. Imo ipsum peccatum oris, est peccatum operis: Peccatum cordis vel concupiscentia est, vel ultra concupiscentiam, opus, etiæ intrinsecum, & occultum. Itaque etiam ipsum inter peccata operis.

IX. Sed iterum subtilis est Iesuita. Cum aduersarij, inquit, dicunt concupiscentiam esse peccatum, vel loquuntur de primo eius motu, qui dicitur suggestionis: vel de pronitate potentia concupisibilis ad malum. Si de suggestione: negat hanc posse dici peccatum originale: quia sit quadam actio: ac proinde peccatum actuale potius. Non esse tamen actuale, scilicet iam ostendit. Sin de pronitate: contra. Nam si hæc esset peccatum: eam esset ob causam, quia pugnare videatur cum lege Dei. At si hoc: Ergo multo magis eius pronitatis actus, quamvis omnino inuoluntarius: quia magis pugnat cum lege actus, quam pronitas ad actum. Atqui actus eius pronitatis non est peccatum, ex doctrina Iacobi, ut se iam ostendisse putat: Ergo multo minus ipsa pronitas.

X. Verum ista non sunt ab alio ingenio. Nos vero, & pronitatem concupiscentia & suggestionem dicimus esse peccatum: propter repugnantiam cum lege. Quidrum autem si non sit suggestionis peccatum originale, dum sit peccatum? Deinde, nego suggestionem nudam, appellari in Scripturis Concupiscentia nomine: sed pronitatem voluntatis ad malum. Et de hac nobis esse controversiam.

XI. Depronitate ergo, quid ait? Si esset peccatum propter repugnantiam cum lege, ergo multo magis peccatum esset eius pronitatis actus. Esto, inquam, etiæ fatus ιανερησος: debuit enim dici maius peccatum: non magis. Sed condonemus aliquid Sophistæ, qui vtinam non peccaret nisi in sono. Cur autem non sit hic actus peccatum? Ex doctrina Iacobi: Quanam illa, inquam: Nam ego nullam talem video: fed audio tantum inanem strepitum iactantis Rhodi se saltum in gentem saltasse.

C. XII.

De Carne, ad Rom. 7.

I. Secundum argumentum Bellarmino est ex 7. ad Roman. Nunc autem *S* non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum. His, inquit, verbis, satis aperte docet Apostolus, concupiscentiam in homine iustificato non esse peccatum, quod reum facere possit. Mirum, tam huic lynceos esse oculos, ut aperte videat, quod nos non possumus: nisi mirum non sit, cuidam hominum generi geminas videti Thebas. Sed attendamus mdenstrati.

II. Gemina ei ratio est. Prima, quod dicat Paulus motum concupiscentia non esse suum opus, ac per hoc non posse sibi imputari. Altera: Quod ad dat euīmodi malum non esse in se, sed in carne sua. Conset autem carnem non esse capacem peccati proprie dicti.

III. Sed in priore, quos mihi ille motus concupiscentia nominat? Non enim ita Paulus. Non est de nihil, quod pro eius verbis Sophista sua verba substituit. Paulus opera ipsa designauit, ο καπεράζουας ο γιώνων. Quod operor non agnoso. Nū j̄ c̄n in ιω καπεράζουας αὐτό, Nunc itaque non ego id perpero. Quid est καπεράζουας? Aut quis suspicatus esset vñquam sumendum pro quibusdam concupiscentia motibus? Sed Papistis, sed Iesuitis, in re deploratissima nunquam deest καπεράζουας, qua efficiant, ut ne dictum sit, quod dictum est.

IV. Iustiniano Iesuitæ alia mens fuit à mente Bellarmini Iesuitæ: hæc est illius paraphrasis, *Nam quod impellente perturbatione atque impotenti cupiditate vicitus perago: equidem non approbo, neque enim quod præante iudicio rationis appeto, aut appetendum, atque eligendum censeo, id etiā re ipsa præsto, sed quod mente, ac ratione aufero, atque in primis detesto, id perficio, urgente videlice præcaupiditatis aculeo, quæ virtus naturæ insita nobis est. Atque ita dum id, quod minime amplectendum iudico, reuera efficio, non obscure doceo, legem, cui mens & ratio consentit, opus ipsum repugnat modo, bonam ac iustum esse. Itaque si recte, & cum ratione de re tota indicare velimus, reprehendemus profecto, malum, que repugnante operatione perpetramus, non à nobis ipsi manare. Hac inquam illius est paraphrasis: cætera quidem non admodum congrua, sed hoc tam docens το καπεράζουας longe amplius significare, quam tenues quosdam concupiscentia motus: nimur peragere, re ipsa præstare, perficere, reuera efficere, perpetrare. Et hic Bellarminus nihil agnoscit præter concupiscentia motus, quibus nihil insit veri peccati? Toletus etiam, *Facio opera, qua iudico mente & intellectu non esse facienda.**

V. Etervo haud aliter Paulus vtitur. Ad Roman. 2. Oppressio, & angustia aduersus omnem animam hominis καπεράζουας perpetrantis malum. Prioris ad Corinth. 5. Το επι το καπεράζουαν: ut is qui hoc ita perpetrauit. Ad Ephes. 6. η από το καπεράζουας στρατος: Et omnibus confessis, stare. τιδι μηνιν, ? Nego posse το καπεράζουας intelligi, nisi de eo, quod cogitatum pleno opere impletur.

VI. Imo ipse Apostolus euidenter ostendit, qui hoc ipso capite opponat το δίαιτας το καπεράζουας, imo & το πέντε. Το γένευ. Nam velle adiacet mihi, το καπεράζουας, sed ut quod bonum est, perficiam, non assequor. Nō enim facio bonum quod volo, sed malum quod nolo, hoc ago. Quod si id facio, quod ego nolo, non amplius ego id perpero. An quisquam dicat, Paulum potuisse velle bonum, at non potuisse concupiscere bonum? Itaque ridiculi sunt, qui το καπεράζουας, nolunt intelligi, nisi de motibus concupiscentia ipsius. Si comprehendant hos ipsos motus, non pugnem: quia à consequenti, intelligitur etiæ antecedens. Ideo non male Augustinus alicubi operor, id est, concupiscentia. Sed aliud est, alicere hunc concupiscentia motum, aliud excludere, quæ ab eo motu sunt operationes.

VII. Sed in posteriori ratione, constat inquit carnem non esse capacem peccati. Vnde, inquam, constat? Aut quis prætor edixit? Nos contra, hanc carnem, quam Paulus nominat esse capacem peccati. Nonne enim disertè: Non habitat in carne mea bonum? Atqui bonum est, nullum habere peccatum. Itaque contradicunt Paulo, qui dicunt hanc carnem non esse capacem peccati. Sed nimur somniauit Bellarminus hanc carnem mastam, vnde corpus est. Et quidem per se ipsam considerata: absque illo anima rationalis motu. Instar stipitis, aut saltem asini. Sed hoc est absurdissimum. Quomodo enim Paulus diceret: se, id est, hanc carnem velle, & non velle? An hoc ad stipites pertinet, ad asinos? Itaque Paulus intellexit, totum hominem naturalem, quem alias ψυχή, dixit compositum ex anima rationali, & corpore. Qui homo, quatenus talis, totus est peccato corruptus, adeo vt, nisi per gratiam, non possit velle bonum: & sua natura, non tantum velit, sed etiam operetur malum.

VIII. Apparet, quia Scriptura corruptionem arcessit ab ipso figmento cogitationum cordis, Genef. 6. & 8. At certe carneas massæ, teorsim ab anima rationali, nullum est figuramentum cogitationum cordis, Paulus etiam το φερεντης της ουρανος nominat in malam partem: An potest esse φερόντας, absq; vlla anima? Quid, & dicam, & mentem? quam isti Sophistæ carni ita oppositam putant à Paulo, quasi ipsam rationalem hominis partem significaret, quæ contradicat concupiscentijs carnis? Atqui huic ipsi menti Paulus corruptionem assignat ad Roman. 1. Tradit eos Deus in mentem reprobam. Ad Ephes. 4. Sicut gentes solent in vanitate mentis sua, Ad Collosi. 2. Temere turgens το επι το καπεράζουας, ad verbum, mente carnis sua, siue, ut alij reddunt, sensu carnis sua. Vnde & regenerationis initium ab ipsa mente. Ad Roman. 12. Transformemini per renovationem mentis vestrae. Ad Ephes. 4. Renovati spiritus mentis vestrae. Quid igitur obstat, quominus afferamus hanc carnem esse capacem peccati.

IX. Disputat ille contra dupliciter. Primo, carnem intelligi non rationalem: Secundo, ne sic quidem, non valere argumentum suum. Istud breuius, itaque prius expediam. Etsi cogeremur, inquit, nomine carnis intelligere omnes animas potentias: tamen omnino dicendum est, nomen carnis in iustificatis non pertinere ad voluntatem, siue mentem, nisi quoad primos quoddam motus indelibertos. Probat. Nam apertissime opponit Apostolus, consensum voluntatis, desiderijs carnis. Itaque etiam hoc modo, concupiscentia nō haberet sedem nisi in parte anima, quæ non est capax peccati proprie dicti. Nam nec pars inferior, nec superior, ut præuenit suo motu iudicium, peccati proprie dicti capax est. Ibi enim tantum peccatum propriæ dictum.

*D*icitum esse potest, vbi iustitia proprie dicitur esse potest: non potest autem iustitia proprie dicitur esse in parte inferiore, vel in superiori; ut praeuenit iudicium rationis: igitur nec peccatum proprie dictum.

X. Imo contra: nomen carnis pertinet ad motus non indeliberatos tantum, sed etiam deliberatos: & significat, eam esse in corruptione peccati humanam naturam: vt ex se nihil poscit, nisi malum, non tantum fingere, sed etiam cogitare, sive ratiocinari: nec tantum ratiocinari, sed etiam velle: id est, non tantum subitos eius motus ferri ad malum: sed etiam deliberatos.

XI. Sed, inquit, Paulus opponit consensum voluntatis, desiderijs carnis. Fallit, inquam. Non ita Paulus, sed consensum voluntatis renouat: Nam, ut geminum hominem, interiorem & exteriorum, ita geminam quasi voluntatem, considerat illius & istius: & voluntati exterioris, id est, concupiscentiae carnis, opponit voluntatem interioris, id est, mentem. Quare desideria illa carnis, non sunt tantum indeliberati motus, sed etiam deliberati. Nec tantum pertinent ad inferiores potentias animae, sed etiam ad superiores.

XII. Verumtamen de carne, quid habet quod dicat? Non negat alias esse omnes potentias, tum inferiores tum superiores, per peccatum corruptas: sed hoc 7. ad Romanos negat: esse enim tantum partes inferiores: idque conficeret sepius argumentum: quibus Baptista breuiator, suum praemittit: ut sint omnia octo, quae ordine excutio.

XIII. Primum est ergo, Apostolum loqui de tempore, quo in gratia esset: tunc autem non potuisse opponi totum hominem corruptum menti renouata: quia mens, quae est altera pars hominis, corrupta non erat.

XIV. Loquutum de se, cum esset in gratia concedo. Sed non potuisse opponi totum hominem corruptum menti renouata, nego: nego etiam mentem Pauli, quatenus mens significat partem naturalem oppositam corpori, nullo modo fuisse corruptam. Nam id in hac vita obtineri nunquam poterit. Hoc potius certum, eandem mentem ex parte fuisse corruptam, ex parte autem renouatam: quomodo (vt familiari exemplo rem ponam ob oculos) unum idemque corpus iam emergens e morbo, partim est morbidum, partim sanum: morbidum quidem, ob reliquias morbi, nondum plene pulsi: sanum vero ob initia sanitatis, nondum tamen confirmata.

XV. Secundum argumentum: Si per carnem intelligeretur totus homo, non verè diceret Paulus, *Non ego operor illud*. Quomodo enim non ipse operatur: quod eius caro, & animus, hoc est, ipse totus operatur.

XVI. Respondeo: Contra, si per carnem non intelligitur totus homo, non vere diceret Paulus, se non facere bonum, & facere malum, quomodo enim ipse faceret, cuius animus non faceret, aut quomodo non faceret, quod eius animus faceret: Optima distinctio est ab ipso, *Ipsa mente* (id est, totus sed qua regenitus) *seruio legi Dei*. *Carne vero*, id est, totus quoniam regenitus *legi peccati*. Cui id mirum, qui sciat eundem, totum velle sibi abscondi membra, & tamen eundem, totum dolere sibi abscondi idipsum membrum? Minime vero omnium iis, qui tam subtiliter iu no Papa, discriminant personam publicam à priuata, ut qua hominem concedant, qua Papam negent esse possit hereticum.

XVII. Secundum argumentum, Apostolus dicit, *Scio, quia non habitat in me, id est, in carne mea, bonum. Quorum haec correctio, in me, id est, in carne mea, si in toto homine est id malum?*

XVIII. Nempe, inquam, ut distinguendi rationem indicaret: sequi considerandum proponeret, partim ut carnalem, partim ut spiritualem. Quid facilius? Nam si simpliciter, Non habitat in me bonum, nullum in se spiritui locum reliquisset, itaque absurdum diceret, se non facere bonum, quod vellet, & facere malum, quod nollet. Nam vtrumque de eodem dicitur, non facile vindicandum à contradictione, nisi distinguatur. In summa hic altera pars est plenioris postea sermonis: *Ipsa mente seruio legi Dei, carne vero legi peccati*.

XIX. Tertium argumentum: Apostolus distertis verbis distinguit carnem à mente, id est, vnam partem hominis ab altera, *Video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis mea. Et, ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati*.

XX. Ita est, inquam. Sed meas illa intelligitur, spiritus, per quem anima renouatur: ut cuius facultates omnes per se, ex peccato corrupte dissentibant à lege, deinceps ei acquiescant, & subijciantur. Non vero ullam parrem oppositionem per se carnem in compositione hominis: sed oppositam carni in renouatione hominis, quae nō simul, & semel perficitur: sed inchoata paulatim promouetur. Et vero facetur Bellarminus intelligi mentem renouatam. Quid ergo? negat opponi toti homini. Egregiam laudem! quasi nos ita opponeremus. Sed non est ita: opponimus n. non toti homini, sed toti homini corrupto. Non ut duos homines faciamus, sed ut eundem hominem consideremus aliter, & aliter: nempe quatenus renouatur, & quatenus adhuc corruptum. Sic Apostolus, cum dixit, mentiri, qui neget se habere peccatum, de toto agit hominem: & cum negat eum, qui natus est ex Dico, peccare, rursus agit de toto hominem. Itaque totum hominem, toti opponit homini. Et nos ab eo didicimus.

XXI. Quartum argumentum: *Quod hic Apostolus dixit, in carne sua esse malum, clarius ad Roman. 6. in corpore mortali, id esse malum: Et hoc ipso 7. quis me liberabit de corpore mortis huius? Per corpus autem mortale, certū, non intelligi totum hominem, sed alteram tantum partem.*

XXII. Sed priorem locum Bellarminus ad *Prolegyros*. Paulus dixit, *Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore*. Non dixit Apostolus (verba rectio Pererij) ut non sit (Et hoc tamen Bellarminus ponit) vel ut non habitet peccatum in corpore nostro mortali. Et post: Tunc peccatum regnat in homine: cum in eo concupiscentia, non solum pulsat, & delectationis motu tillat mentem (nota) sed cum eam ad sui assensum, & obedientiam pertrahit: efficiens, ut id quoque homo, secundum voluntatem rationem velit, quod secundum concupiscentiam improbe concupiscit. Ergo Paulus, inquam, per corpus mortale, non intelligit solam illam partem, quae anima, sive menti opponitur in naturali compositione hominis: sed vna cum ea parte, etiam alteram in qua voluntas: ideoque, & totum hominem. *Quomodo statim post, Peccatum vobis non dominabitur*.

XXIII. Obiter etiam attende, nominari discrete peccatum, pro quo dilutus substituit Iesuita, malum. Non improbe quidem, si non lateret sophisti-

Tem. III.

ce, quae malum intelligat, non peccatum. At Paulus, *Non regnet peccatum: ostendens non eo fieri, ut sit peccatum, quod regnet, sed esse peccatum, et si non regnet: Contra quam Papistæ velint*.

XXIV. Nec vero difficilior altet est locus. *Quia corpus mortis, non est aliud, quam corpus mortale*. Itaq; idem sensus, utrinque, Imo hic facilior: quia, certum, plenam fidelium redemptions futuram post mortem corporis. Itaque, cum optant mortem, optant eadem opera, hanc redemptions. Potius ergo Apostolus ita exclamat, etiam si peccatum nihil pertinet ad corpus. Tantum abest, ut sic hoc argumentum, non pertinere nisi ad corpus. Additum hanc exclamationem immediate subiungi iis verbis, quibus se Paulus dixit, carne seruire legi peccati. At qui non seruitur peccato, per solam carnem: sed per voluntatem, quae pertinet ad animam.

XXV. Quintum argumentum: *Quia, quod dixit, Mente seruio legi Dei, paulo ante dixit, Condelector legi, secundum interiorem hominem*. Intelligimus autem, ex 4.2. ad Corinthios, exteriorem hominem esse corpus corruptibile: interiore autem esse animam rationalem, *Licet is, qui foris est, noster homo corruptitur, is qui intus est, renouatur de die in diem*.

XXVI. Exteriorem hominem esse corpus corruptibile fatemur, dum ne solum, sed cum anima, id est, torum hominem, qua est naturalis, duntaxat. Et si enim anima non corruptitur: tamen vno cum corpore, paulatim vergens ad dissolutionem, id est, morte merito dicitur corrupti. Itaq; negamus, hominem interiore esse mentem, duntaxat quatenus opponitur corpori, sed quatenus opponitur hominis naturae corruptae. Id faciliter patet. Nam aliqui etiam in infidi quolibet esse hic homo interior: ac proinde quilibet infidelis delectaretur lege Dei. Quod est falsum vtrumque.

XXVII. Sextum argumentum: *Quia, tametsi caro interdum accipiatur pro toto homine, tamen cum caro dicitur in malam partem, non usurpati* Scripturis, nisi de impijs, quorum animus carni obedit. Gen. 6. *Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est*. Ad Galat. 5. *Opera carnis sunt fornicatio, & cetera Ioan. 3. Quod natum est ex carne, caro est*. 1. ad Corinth. 15. *Caro & sanguis, regnum Dei non possidebit*. At iustificati, quia carnis desiderijs fortiter resistunt, non solum non dicuntur caro, sed etiam dicuntur in carnem non esse, ut patet ex 8. ad Romanos. Quare, cum in toto capite septimo loquatur Apostolus de se, alijsque iustificatis, sine dubio, per carnem non intelligit totum hominem, sed tantum partem hominis deteriorem.

XXVIII. Impios significari, concedimus, & res ipsa docet. Sed non nisi impios, hoc Bellarminus ardore disputationis incensus dixit, astutius, quam verius. Etenim si hoc esset, ergo carnales: imo & seipsum ad Roman. 7. Itaque melius Callianus c. 10. Collatio. 4. Caro significat nonnunquam homines peccatores, atque carnales, ut ibi, *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, eo quod sint caro*. Arias irem melius in Arcano sermone. c. 82. *Caro, humana audacia & corruptela quo: omnis spiritus puritati, & legis divinae integritati repugnans, atque ut una complectamur definitione, hominem Adami veteris filium paternaque, nequitia heredem. Post, Caro, & sanguis, homo dicitur, vel humanus prudentia, vel sapientia confluum, non illustratum diuino Spiritu. Eucherius in formulis, Caro, homo exterior*.

XXIX. Et sane, quo loco Paulus opera carnis describit, eodem carnem opponit Spiritui. Et quidem illam concupiscentem contra hunc: hunc autem contra illam. Itaque ab omnibus Papistis sumitur pro illa, quam nominant, inferiore hominis parte, quae est in ipsis renatis. Non pertinet igitur ad solos impios. De illo ex 1. ad Corinthios audiamus Isidorum Pelagiotam Epistol. 477. *Tο μη σπεριος ονομα, διχος αδρα την θεον εγενται γεφυ. ποτι ωρι τη τιν φυσιν αντην, ποτε τη τιν, το φρονμα, τη φρεσιν, τη μη ωρι διδειξις, τη πιενηα σεργα. τη ιστη κοινη, καθως μη θεωρητη γεφυν. Τον δια ον σπερι, τη αγαπη θεου ηλιαρομετη ηδινατην. Carnis vocabulum bifarium in Scriptura usurpatur. Quandoque enim de natura intelligit, quandoque autem de affectu ac labore. Prioris significacionis exemplum hoc est, Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Posterioris, Caro, & sanguis regnum Dei hereditate possidere non possunt. Sed est-ne fortasse hic effectus, est-ne hanc labes tantum in impijs? Ο τινων τιν φρονμα, τη φρεσιν, παιδιαγονην, βελονωρι, μαζαιρη μη σπεριος ιωντανη ματη. Quocirca is qui labem, & corruptelam, atque affectum coercere studet, carnis ignobilis, & incitamenta debilitat. Ergo, inquam, haec caro est etiam in fidelibus. Non significat igitur solos infideles.*

XXX. In Ioannis tertio, quis non videnti verba exponenda, ut applicentur ipsi Nicodemo, cui de se ipso dicenti, *Quomodo potest homo gigni, qui si fecerit? Respondet Iesus, Amen, amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Quod genitum est ex carne, caro est. At profecto Nicodemus, non etat impius. Itaque bene Guillaudus, *Quod ex carne nascitur, nihil aliud est quam caro: sed omnes quoquot sunt ex carnali Adamo prognati sunt. Ergo omnes, prima nativitate carnales sunt*.*

XXXI. Septimum Bellarmini argumentum, ab authoritate Augustini, passim ita exponentis haec loca, ac præsertim primo libro contra duas Epistolas Pelagianorum c. 10. & lib. 1. de Nuptijs & Concupiscent. cap. 6. *Ibi homo, primitus Dei lege transgressa, alienam legem repugnantem sua menti habere coepit in membris, & inobedientiam sua malum sensit, quando sibi retributam dignissime inobedientiam sua carnis invenit*.

XXXII. Respondeo, Augustinum recte in carne, id est, in membris corporis ostendere haec ipsum corruptionem, quam vocabulo carnis Scriptura exprimit: nam & nos totum hominem corruptum significari dicimus, non tantum secundum animam, sed etiam secundum corpus. Vere igitur pasius est homo rebellionem membrorum aduersus mentem: quia etiam tum cum mens regenita vult bonum, dissentit concupiscentia, cuius effecta apparent in membris. Sed hinc non sequitur, non pertinere istam corruptionem ad ipsam animam. Nam nec rebellione illa semper existit, sed tum duntaxat, cum mens est illustrata, imo cum mens mouetur ex vi illustrationis, quandoquidem alias eadem ipsa mens consentit carni, & vult eadem quae caro. Itaq; non obstat Augustinus, quominus carnem intelligamus totum hominem constanter anima & corpore. dummodo quatenus non regenitum.

XXXIII. Imo Augustinus haec ipsam concupiscentiam animam imputat. De Gen. ad literam lib. 10. c. 12. *Verisimile ac veracissime scriptum est, Caro concupiscentia aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem; sed tamen carnem sine anima concupiscentia nihil posse puto, quod omnis doctus, & indoctus non dubitet. Ac per hoc ipsius concupiscentia carnalis causa non est in anima sola, sed multo min-*

est in carne sola. Ex utroque enim sit: ex anima scilicet, quod sine illa delectatio nulla sentitur: ex carne autem, quod sine illa carnis delectatio non sentitur. Carnis itaque concupiscentem aduersus spiritum, dicit Apostolus carnalem proculdusio delectationem, quam de carne, & cum carne Spiritus habet aduersus delectationem quam solus habet. Et post paulo, His atque eiusmodi bonis desiderijs, quibus sola anima concupiscit, cum aduersatur aliquid quod eandem animam secundum carnem delectat, tunc dicitur caro concupiscere aduersus Spiritum. & Spiritus aduersus carnem. Sic enim dicta est caro, in eo quod secundum ipsam facit anima, cum ait, Caro concupiscit: quemadmodum dictum est, Avis audiat, & oculus videt. Quis enim nescit quod anima potius, & per aurem audiat, & per oculum videat? Et post, Quanto congruentius dicitur Caro concupiscere, quando anima non solum carni animali vitam praberet, verum etiam secundum ipsam carnem aliquid concupiscit: quod in potestate non est, ne concupiscat, quamdiu inesse peccatum in membris. Idem contra Iul. lib. 6. c. 5. Motibus igitur suis anima, quos habet secundum Spiritum, aduersatur alijs motibus suis, quos habet se. undum carnem. Et rursum motibus suis, quos habet secundum carnem, aduersatur alijs motibus suis, quos habet secundum Spiritum: & ideo dicitur caro concupiscere aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Idem de Perfectione iustitiae ad ratiocin. 17. Non caro sine anima concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit.

C A P . XIII.

Quomodo nihil sit condemnationis in fidelibus.

I. Tertium argumentum apud Bellarminum, est ex initio c. 8. ad Romanos, quo vti sunt Tapperus, Roffensis, Soto, & Gregorius de Valentia. Pauli verba sunt, *Nihil ergo damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu.*

II. Argumentum Roffensis ita conficit: Si nihil damnationis: nihil omnino reatus erit, quia nemo damnatus venit, nisi qui reus ante fuerit. Cum igitur ante baptismum verè fuisset damnatione obnoxij, & iam non sint, quia nihil omnino damnationis nunc habet, quis nō videt eos omni carere reatus?

III. Sed Roffensis parum subtilis fuit, qui non adutererit, etiam illū carere reatus, qui non caret peccato: nimurum, quando ei reatus condonatus est per gratiam. Itaq; concedimus ei nullum esse reatum, cui nihil sit condemnationis: sed negamus, cui nihil sit aut reatus, aut condemnationis, propterea necessario nihil esse peccati. Ratio evidens, quia, & verè dixit Paulus, nihil esse condemnationis ijs, qui sunt in Christo: Et verè tamen, non tantum Iohannes, quicumq; se dicant non habere peccatum, cum mentiri: sed etiam Paulus in se regenerato agnoscit *in agnitione ipsius erroris.*

IV. Bellarminus vehementer. Paulum significare, non tam nullam esse condemnationem iustificatis in Christo ob concupiscentiam: quam nihil esse in eis condemnatione dignum, siue nullam esse causam condemnationis.

V. Sed hanc tam audacem interpretationem, Jesuitico, nescio, quo iure ponit, non probat: non omisurus, credo, argumenta, si quae ad manū habuissent. Itaque veritatem ad nostram impugnandum, qui dicimus duplicitem sumi posse illud, nullam esse condemnationem, nempe, vel secundum legis iudicium, vel secundum indulustum gratiae. Illo modo, omnino necesse est, vt non tantum nullum sit: sed et nullum inquam fuerit peccatum. Hoc vero, & ex se supponit peccatum praecedens: imo se p. etiam præsens, quamvis verum, omnino peccato contraria esse gratiam. Sic enim & Petro condonabatur ipsum illud abnegationis peccatum tum cum siebat: & Paulo adhuc spirantinas, & cades, Christus propitius fuit.

VI. Iam vero negamus Paulum agere de iudicio legis: sed de gratia indulto. Quod quis neget, qui eum sciat, tum tota Epistola disputare de Iustificatione non per opera: & hoc ipso textu de ijs, qui sunt in Christo Iesu, & de condemnato peccato in carne Filii. Itaq; sensus est longe alius à sensu Bellarmino. Est quidem in fidelibus eam concupiscentiam, id malum, id peccatum: ac propterea aliquid dignum condemnatione: nullam tamen condemnationem. Nunirum, quia condemnationis sit ex praescripto legis: at vero, qui sunt in Christo Iesu, sunt sub gratia, per quam aboletur condemnationis, id est, auferetur peccati culpa, interea dum speratur ipsum peccatum auferendum in perfecta renouatione. Breuiter, assentimus Iustiniano, sic *de legi degenere* explicanti, Nulla ratione motus illi impuri, qui à natura depravata ortum habent, virtus vertuntur, nullaq; propere a imminent condemnatione. Id est, vt idem in Annotat. *Quanquam reuera etiam in iustis insunt, non tamen ijs feruntur impensa, sed per Christi fidem condonantur.*

VII. Hanc solutionem Bellarminus impugnat quatuor obiectioribus. Quarum prima docet esse inutilem, reliqua fallam. Inutilem ergo. Quia si reatus dimittitur in baptismo: ergo nihil est in renatis, quod habeat vera peccati rationem. Probat consequentiam, quia renatus, tum Augustini testimo-nio, tum nostra confessione, est id, quod propriè dicitur peccatum. Augustinus enim, *Hoc est, non habere peccatum, reum non esse peccati.* Philipp. Melanchthon docuit formale peccati esse reatum. Calinus Institut. lib. 3. c. 3. segm. 11. remissio reatus, manere ait in homine peccati materiam.

VIII. Respondeo, negari consequentiam: Esse etiam falsum, quod subiicitur, reatum esse id quod proprie peccatum dicitur: Est enim potius aliquid consequens peccatum, siue ipsius relatio peccantis ad legem. Nō enim ipsum peccatum reum est inquam, vt obseruavit Augustinus: sed propter peccatum ijs, qui admisit. Potest autem etiam in communi hominum vita à peccatore tolli reatus, et si peccatum non auferatur. Nam ita sit quotidie, vt Principum indulgentia liberet à pena: & liberando notet, vt loquuntur Iurisconsulti. Quia non efficit indulgentia, vt qui occidit, non sit reuera homicida, sed vnde sit reus pena, quam merentur homicidae: imo eo ipso designat homicidam esse, quia remittat penam, alias non remitteret.

IX. Nec vero habuit ab Augustino, reatum proprie id esse, quod peccatum dicitur. Habuit quidem, *hoc esse non habere peccatum, nō reum esse peccati.* Sed hoc verum est, quomodo solet sublati consequente tolli antecedens, vt tamen non sit idem antecedens & consequens. Quia enim per legem quicunque admisit peccatum, reus est peccati: Ergo qui non est reus peccati, ne peccatum quidem admisit. Sed reus aliquis negatur, vel iuxta legem, vel ex gratia. Si iuxta legem, omnino peccatum tollitur. At non per gratiam, nisi quantum patitur remissionis natura, nimurum per non imputationem. Sicut Paulus dicit seid non facere, quod tamen faceret. Sensus est igitur Augustini, cujus sit per gratiam, non reus peccati, id idem esse, ac si non haberet pecca-

tum: et si alioquin habeat. Quomodo eadem impunitate gaudet homicida, post adeptum principis induitum, cum eo qui sicam ne attigerit quidem vnuquam.

X. Melanchthonem falso Bellarminus citat. Non enim ille dixit in Loci commun. reatum esse formale peccati. Hoc ego apud eum non legi, sed tantum esse proprium, esse proprietatem peccati. Sapientia humana, inquit, non agnoscit hoc, quod est proprium in ratione peccati. Et post, cum examinat definitionem peccati, & per genere, Defectum, & Inclinationem: Differentiam, ait, Pugnans cum lege Dei, deinde, inquit, addita sunt propria, Damnata à Deo, offendens Deum, & faciens reos ira, & peccatum. Hanc proprietatem Ecclesia præcipue inculcat. Sciant autem omnes, quanta sit differentia inter formale, & proprietatem. Certe, risibile, est proprietas hominis, non tamen eius formalitas. Sed idem paulo antea, *Nominis ratio in Scripturis manifesta est peccatum propriè significare quiddam reum ac damnatum à Deo, nisi fiat remissio.* Hac generalis descriptio conuenit peccato originis, & actuali. Sed, quia tantum fit mentione relationis, scilicet reatus, quarum mens etiam id propter quod homo reus est. Audin disertè disparatam relationem, reatum, à formalis, quid est?

XI. Caluinum autem verba hæc sunt, *Quod Deus Ecclesiam suam purgare ab omni peccato dicitur, quod eam liberationis gratiam per Baptismum pollicetur, & in electis suis implet, ad reatum potius referimus, quam ad materiam peccati.* Ex his ego verbis non video, quomodo suum illud formale Bellarminus excusat. Nam ex sequentibus patet Caluinum materiam peccati, dixisse, id est, peccatum materiam reatus: siue, vt alii loquuntur, terminum à quo, quomodo, si filium quis abdicet, tollit relationem, id est, filiationem, sed non materiam filiationis, id est, ipsum filium. Itaq; statim peccatum saepius nominatur, *Prestat hoc quidem Deus, ut peccati regnum in ipsis aboleatur, sed regnaret tantum, non etiam habitare definit.* Imo hoc ipsum prolixè disputat. Quare omnia persuasum fuit Caluino, aliud esse peccatum, aliud reatum: hoc tamen illius consequens. Quare nihil habet præsidij Bellarminus.

XII. Secunda obiectio. Reatus est omnino inseparabilis ab eo, quod natura sua est dignum æterna damnatione. Nimurum, quia est relatio, cuius proximum fundamentum, est actus malus, siue iniquitas. Non possit autem relatio à fundamento proximo separari, quia ex ipso fundamento naturaliter, & necessario sequitur.

XIII. Respondeo, in relatione omni necessario duos esse terminos, oppositos. Et relationem ita hos connectere, vt necessario mutetur ipsa, si non iij tantum mutentur, sed saltus alterutrum. Hic, qui pater erat, desinit esse pater, si amittat filium. Sic maritus non est, cuius vxor defuncta. Bellarminus ergo inconsiderat omisit. At Baptista brevior videt esse necessarium. Itaq; vim argumentis sic expressam voluit, *Quandiu proximum manet fundamentum huius relationis, nec variatur correlatum, sed suo modo est, tamdiu relatio manet.* Atque ita verum efficit, quod Bellarminus falsum asseruerat.

XIV. Hoc posito, respondeo, manifestam esse obiectiois futilitatem, quia correlativa non manent qualia erant prius. Etenim reatus, relatio est peccatoris ad legem, cuius fundamentum est ipsum peccatum. Itaq; manente, tum peccato, tum lege, omnino reatus manet. Quæ causa nobis est asserendi etiam concupiscentiam per se esse peccatum veri nominis, quia tum comparatur legi, cui opponitur: id est, non potest, non reatum inferre.

XV. Sed reatus non est relatio peccatoris ad gratiam: imo remissio potius, que ipsa habet idem fundamentum, nempe peccatum, quod necessario supponitur. *Quid mirum ergo, si manete eodem peccato, mutatur relatio, quædoquidem mutatur terminorum alter?* Mutari autem terminum, manifestum est, tum ex ipso Pauli loco, tum ex 6. capite, ybi disertè, *Non estis sub legi, sed sub gratia.* Et vero, Lex nullam admittit remissionem peccatorum. Quare, cum de remissione agitur, omnino cogitanda gratia est, aut ipsa neganda remissio. Est igitur manifesta ratio, secundum quam & peccatum manet peccatum, & tamen sine reatu.

XVI. Tertia obiectio. Etiam si concederetur posse reatum tolli, remanente concupiscentia digna morte, tamen certum est ex Scripturis, Deum nunquam remittere reatum, dum manet eius fundamentum. Alioqui nullus locus est gratia. Qui autem proferuntur loci, iij loquuntur de iudicio Dei, quod est secundum legem. De quo fidèles rogant. Psal. 143. *Ne intras in iudicium cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus viuens.* Et Psalm. 6. *Domine, ne infurore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, miserere mei, Domine.* Et 13. o. *Si iniurias obseruaueris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Verum a-pud te propitiatio est. Et vero, vt dixi, hoc Dei iudicium, nullam vilius delicti, siue praesentis, siue præteriti, remissionem admittit.

XVII. Respondeo, esse falsissimum quod ponitur, Deum nunquam remittere reatum, dum manet eius fundamentum. Alioqui nullus locus est gratia. Qui autem proferuntur loci, iij loquuntur de iudicio Dei, quod est secundum legem. De quo fidèles rogant. Psal. 143. *Ne intras in iudicium cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus viuens.* Et Psalm. 6. *Domine, ne infurore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, miserere mei, Domine.* Et 13. o. *Si iniurias obseruaueris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Verum a-pud te propitiatio est. Et vero, vt dixi, hoc Dei iudicium, nullam vilius delicti, siue praesentis, siue præteriti, remissionem admittit.

XVIII. Quarta obiectio: Hæc Pauli sententia deducitur ex precedentibus. Non dixerat autem Paulus, Deum non imputare concupiscentiam, aut condonare eius reatum: sed ostenderat motus concupiscentiae, in voluntarios, non esse peccata, nec posse homini imputari. Id enim significari per, *Non quod volo bonum, hoc ago, & quæ sequuntur.*

XIX. Respondeo, iam contra ostensum esse motus illos concupiscentiae describi à Paulo voluntarios, quatenus iij sunt ex natura corrupta: & in voluntarios, tantum quatenus consideratur homo regenitus. Item cam concupiscentiam, Paulo esse verè peccatum, & imputabile sua natura, propter se-ritatem legis: remitti vero per gratiam.

C A P . XIV.

Quomodo, Non regnet peccatum in mortali corpore.

I. Hi tres sunt loci ex Scriptura, quibus aduersarij maxime nituntur, quosque vrgent in primis, adeo vt Bellarminus solos tetigerit.

II. Petrus. Paulus 6. ad Rom. scripsit, *Non regnet peccatum in vestro mor-*

to.

tali corpore, ut obediatis concupiscentiis: Sed neque exhibeatis membrz venia, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitia Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Ex his ille verbis triplicem elicit consequentiam.

III. Prima est. Ergo malum, quod membris nostris hæret, tum demū renatis in noxam redit, cum per liberum voluntatis consensum, præter illius inclinationi, aut impulsioni, mos geritur. Probat. Nam si quietem in membris nostris agens, vel animum tantum pulsans, peccatum existet, frustra ne impulsibus illius cederemus, nos admoneret. Quis enim, nisi fatuus, Æthiopi diceret, caue: ne denigreris? Aut sordibus omnibus ex parte iam opero, vide ne contamineris: Candidis ac nitidis apte hæc dicuntur, non nigris, aut immundis.

IV. Respondeo, non nocere peccatum, dici dupli sensu. Primo, cū supponitur, ne attingere quidem, sicut pestis non nocet ijs, quos non inuidit: secundo, etiam attingat. Et hoc modo rursus, dupli: vel *etiam*, vt omnino nihil incommodi afferat, vel *non*, videlicet non *gravior*, letaliter. Primo secundoque modo, negamus consequentiam. Nam primo modo non posse Apostolum intelligi, perspicuum est: quia supponit id malum, quodcumque tandem sit, esse in fidelis, non vero procul ab eo. De secundo, nihil etiam difficilis. Nam si nihil omnino noceret, cur se Paulus miserum diceret? Cur se captiuatum? denique cur optaret liberari?

V. Restat ergo tertius modus. Itaque nos consequentiam concedimus: & negamus ipsi, concupiscentiam *negare* nocere vili regenito: hoc est obstarre, quominus sit in gratia Dei, habeatque spem certam salutis. Hoc nos ipsi prolix docemus. Sed inde quis conficiat non esse peccatum? Nisi forte, qui peccatum esse neget, quæ non occiderit. Cum igitur, & noceat secundum quid, & apta sit nocere letaliter, ideo iubet Paulus ne ei acquiescamus.

VI. Sed, inquit, Æthiopi nemo dicat, caue, ne denigreris: nemo polluto, caue, ne contamineris. Ita est, inquam. Sed hæc similia, quam sunt dissimilia, Deus bone! Aut quando Paulus dixit, Caeue, ne peccatum contrahas? Quando, inquam supposuit eos, quos ita admonet, esse candidos, esse nitidos? Post-ne quisquam illud, *Ne dominetur in vestro mortali corpore peccatum*: post-ne inquam, quisquam hoc interpretari, ac si dictum esset, Vos, qui mundi estis ab omni peccato, videte, ne illo polluamini? Et non potius, Vos, in quibus est peccatum ex corruptione naturæ, videte, ne vobis dominetur: id est, ne ei pro�us subiiciamini. Itaque præsupponit Paulus, peccatum esse in fidelis: ideoque huic elaborandum esse, vt quod inest, non etiam dominetur, sed subiiciatur potius.

VII. Altera consequentiam est huiusmodi: Si iustorum membra plena sunt semper iniustitia, & peccato: ergo non sunt commonefaciendi fideles, ne illa iniuriant, & iniuritæ arma exhibeant. Ratio, quia simul in ijsdem membris sedem obtinere non possunt, Christus, & Belial: lux, & tenebra: seruitus iniustitiae, & iniuritæ. Spiritus Domini bonus, & Spiritus Domini nequam. Est autem necessarium, si verè & perfectè regeneratorum membris aliquod adhuc mortiferum peccatum insidet.

VIII. Respondeo: Primo, quod ille membra semper plena dixit iniustitia, odiose dixit, & per calumniam: quasi qui concupiscentiam dicit esse peccatum, propterea nihil admittat iniustitiae in fidelibus. At nos contra Paulo subscribimus, qui in eodem homine, & iniustiam agnoscit, & iniustiam eodem tempore. Non facio, inquit, bonum, en malum, quod volo, en bonum: facio malum, en malum, quod nolo, en bonum. Itaque uno verbo satisfaciam distinguendo: Si membra plena intelligit malo, ita vt nullum insit bonum, dicimus esse calumniam manifestari, quicum nihil sit nobis commure: sin autem plenum, quomodo *κατεργάσθη*, solemus dicere id, in quo quid abundat, & quidem plus quam oporteat, agnoscimus: & hoc modo membra etiam fideliū, etiam Pauli, agnoscimus plena iniustitia.

IX. Nam quod negat in ijsdem membris non posse sedem esse Christo & Belial, verum dicit, sed odiose: neque enim in eo sedet statim Belial, in quo est peccatum aliquod, sed tantum dominans. Cum enim resistitur peccato, etiam Diabolo suus thronus eripitur: imo ipse Diabolus fugatur: teste Iacobus, *Subicie te vos Deo, resistite Diabolo: & fugiet a vobis*. Sed quod ille post de perfecte regeneratis inducit, nugatorium est: Quia eiusmodi nulli inquam fuerunt, aut sunt, aut erunt in mortali corpore: nostra autem nulla questio est de renatis, qui exuti corpore regnant in celis, aut etiam iterum induti eo regnatur sunt in eternum.

X. Tertiam consequentiam ita exprimit modestissimus Jesuita. Demum, si quod isti dicunt Spiritus Sancti oraculum, & non merum Sathanæ, & infanorum hominum commentum est, quomodo cum ratione constabit, quod Apostolus ait, per Baptismum nos factos esse viuentes? Nunquid simul, & semel viuen potest esse, & mortuus? diuino Spiritu vegetatus, ac Diaboli iugo, peccatique seruitus prelusu.

XI. Imo illud Apostoli optime cum ratione constat: etiæ Iesuitæ clamores importunitate cœa Deum obtundant, & homines. Non enim mortuus est, quicunque habet peccatum, sed quicunque seruit peccato. Fideles autem etiam habentes concupiscentiam, quantumvis peccatum, tamen neque peccato seruunt, nec concupiscentia: & quia non seruunt, resistunt, & quia resistunt, viuunt.

C A P. XV.

De Remissione peccatorum.

I. Scripturæ locis subiiciunt aliquot rationes. Quarum primam à peccatorum remissione, ex Bellarmino, Gregor. de Valentia, Soto, alijs, ita concipi: Quicquid veri nominis peccatum est, id per Christi gratiam in Baptismo reuera totum tollitur & deletur. At concupiscentia non tollitur. Ergo non est veri nominis peccatum.

II. Respondeo: auferri peccatum, vel quoad essentiam, vt ita dicam, eius, vel quoad culpam. Priori modo concedo. Concupiscentiam non tolli, quod assumitur in minori. Sed tum nego maiorem, hoc est, in Baptismo tolli peccatum. Altero modo, concedo maiorem, & dico, sic omnia peccata fidelium tolli in Baptismo, quanquam sua essentia remaneant verè peccata, vt sèpè iam dictum.

III. Sed contra solutionem instant. Prima instantia hæc est apud Gregor. de Valentia. Quia incredibile sit, eam tantummodo vim esse harum sententia.

Tom. III.

tiarum. Esaiæ 33. *Populus qui habitat in ea, auferetur iniquitas ab eo.* Mich. 7: Reuertetur Dominus, & miserebitur nostri, & deponet iniquitates nostras: & projicit in profundum maris omnia peccata nostra. Esaiæ 1. *Si fuerint peccata vestra ut coccum, velut nix dealabuntur, & si fuerint quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Psal. 51. *Aasperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: Luuabis me, & super niuum dealabor.* Esaiæ 27. *Dimitetur iniquitas Iacob, & iste est omnis fructus, ut auferatur peccatum eius.* Ad Roman. 6. *Quicunque baptizati sumus, in Christo Iesu baptizati sumus, conseulti enim sumus cum ipso in mortem.*

IV. Respondeo, nullam hic esse vim argumenti. Nam illud incredibile, significat, non rei ipsius naturam, sed Papistam persuasionem, qui ita iam prius inluxerunt in animum, nullam esse remissionem peccatorum, nisi tollatur funditus ipsa peccati existentia. Quod argumentum, si esset argumentum, communis est omnibus hæreticis. Sic videbatur incredibile Iudeis, earum phrasium, quibus in Veteri Testamento Messias rex promittebatur, eam esse vim, vt esset filius fabri. Sic Pelagiani, omnium phrasium, quæ describant libertatem arbitrij, eam esse vim negabant, vt nihil posset sine gratia. Sic alijs. Itaque tantum oportet nos moueri incredulitate Papistarum, quantum reliquorum hæreticorum.

V. Nos contra scimus, Tollere peccatum, phrasin esse sumptam de medio, quæ significabat etiam in quotidiano usu hominum, condonare peccatum. inde Pharaon Mosis, Exod. 10. *Sed nunc, inquit, dimittito peccatum mihi:* Ita enim reddidit Vetus interpres, dimittito, pro Hebreo, tolle. **N** Atqui manifestum, cum homines mutuo condonant peccata, non ipsos re ipsa tollere funditus, sed tantum culpam, reatumve dimittere. Et in remissione hac, de qua agimus, apparet id ipsum saltum in actualibus: quæ vt ait Augustinus, actu transierunt, vt non amplius essent: dimittitur autem reatus remans. Quis ergo miretur id ipsum in originali fieri: id est, eandem esse utrinque vim phrasos?

VI. Hæc propria phrasis apud Hebreos, quomodo apud Græcos *ἀφίειν*, apud Latinos *dimittere, condonare*. Reliquæ sunt figuræ. Itaque omnes per istam interpretandæ. Quod, cui non fiat persuasum ex solo auditu? Nam & lauare, & dealbare, & hyssopus, & projicere in mare, quis possit contendere esse propria? Tum autem lauari ipsa peccata, dealbari ipsa peccata, qui possunt? Lauari ergo à peccatis aliquem, rectum est. Porro, qui alibi *πολεμώντες* ad interpretationem Scripturæ, cur hic nullam volunt agnosceri? Sic enim solet in vñi communis excedi modus in loquendo, non, vt *πέρι* verba ponderentur, sed vt *παλαιότερος* rei pondus attendatur. Itaq, non efficiunt hæc phrases vñi, peccatum funditus tolli, quoad existentiam, sed tantum quoad culpam: quæ sola auferunt in hac vita, vt ipsa existentia magis ac magis minuatur, donec tandem in altera funditus tollatur. Quo factum, vt conidentius, ipsa remissio dicatur ablatio, quia primus est ad ablationem gradus: quomodo, qui vulnéravit, occidile dicitur, cum ex vulnere mors sequitur.

VII. Secunda instantia apud Peltanus. Catholici firmissimè, citra vñam omnino hæsitationem, credunt, infantes Christo per Baptismi Sacramentum vere infitos, hinc excedentes, recta mox ad superos euolare. Atqui, si regenerationis lauacrum originis labem omnino non eluit, penitusq; non expiat, sed solum obruit, nein poenam imputetur: profecto eiufodi infantibus, expeditus ad coeleste regnum aditus non patebit. Probat consequentiam. Quia regnum illud coeleste nihil admittat omnino, nisi verè, perfectè, & integrè ab omnibus peccati sordibus emundatum, & veris rursum virtutibus, ac Spiritus Sancti donis intrinsecè ornatum, ac perpolitum.

VIII. Sed huic homini Catholici nunquam fuerunt bene cogniti. Certum est enim Catholicos credere, non tantum infantes, sed etiam omnes adultos, Christo vere infitos, hinc excedentes, recta ad superos euolare. Cur enim diuerticula quererent? Aut quæ prata qualiacumque præferant aulae diuinæ? Et qui gemuerunt sub pondere huius corporis, qui se tam ardenter optauerunt dissolui, & esse cum Christo, quis credit diuertere nescio quo, ad annorum myriades, vt interea rursus peregrinentur à Christo? Non bene huic imaginationi conuenit, & Catholica fidei. Quare negatur consequentia, cui tantopere confidit Peltanus. Etsi enim in hac vita, sola culpa penitus auferatur, tamen, qui per eam culpæ remissionem insiti sunt Christo, recta eunt in celos.

IX. Eternum tamen, nihil vel leuiter inquinatum ingredi cœlos, quod Peltanus obijcit. Ideoq; necesse est etiam animam haec plene esse purgatam à peccato, vt non tantum non impunetur: verum etiam ne insit. Quid ergo? Nempe, inquam, nulla hæc nostra quæstio: sed verum hæc plena purgatio fit per baptismum, fit per remissionem peccatorum in hac vita. Nos negamus. Quia, si fieret in hac vita, facta esset in Paulo, qui tamen in se etiam baptizato, agnouit peccatum habitare. Sed si non fiat in hac vita, non sequitur nunquam fieri. Nam eo ipso momento, quo exit à corpore anima, p. stens est Deus ipsam purgare plene ab eo ipso peccato, cuius iam erat cu. pa. remissa.

X. Ethoc si possunt, recognoscant ipsi Papistæ, ex hoc ipso suo argumento. Nam, quod dicunt regnum coeleste nihil admittere, non plene purgatum: nonne ita intelligent, vt id quod admittitur, etiam solutum sit ab omni concupiscentia mala, siue ita malam dicant, vt nos, siue aliter: nunc enim nihil interest. Nam, credo, indignum est coelesti illa beatitudine malainfirmitas. At hanc ipsi negant in Baptismo auferri, sed potius remanere: remanere, inquam, hanc infirmitatem, quæ à peccato, infirmitatem malam: Ergo, inquam, si non auferatur in baptismio, & auferatur tamen ante ingressum cœlorum: necesse est auferri post Baptismum, & in momento, aut eas animas non ire recta in cœlum. Nos igitur similiter intelligent credere, de peccato, cuius iam sit culpa condonata.

XI. Quid? nonne ipse Peltanus agnoscit, nihil admitti in cœlum, nisi veris virtutibus ornatum? ac perpolitum? Totidem enim sunt eius verba. Atqui, inquam, has virtutes nemo habet à baptismio. Alioquin omnes infantes habent, & fidem, & charitatem, vt reliquæ raseam. At non habent. Rursus ergo, aut non sunt recta in cœlos, quod est falsum, aut uno momento murantur post baptismum, vt eas accipiant, quas non habebant: & sic patentem auditum obtineant. Quare hæc instantia est nugatoria.

XII. Tertiam instantiam Bellarminus sufficit. Si concupiscentia est verum peccatum, & semper manet in homine quatumvis iustificato, sequitur, Christum non verè, sed imputatiè tantum nos à peccatis redemisse, & libera-

N 3 ralle.

DE SANCTIFICATIONE.

Isse: Eisque Diabolus Christo potentiorum: cum ille verè potuerit inquinare, Christus non potuerit verè mundare. Ideoque & fallā eis Scripturæ testimonia. Io. 8. Si vos Filius liberaveris, vere libereritis. Ad Rom. 5. Sicut perverius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constitutio multi. Ratio consequentia. Quia, qui adhuc sunt in peccato, nec verè liberati dicī poslunt, nec vere iusti constituti, per obedientiam Christi, sicut verè iusti constituti per inobedientiam Adami.

XII. Respondeo: negati consequentiam. Contra enim certum est, Christum nos verè liberalisse, etiam si nondum plene. Et vero, quid prodest rixari, cum certum sit, plenam liberationem sperandam duntaxat in ecclis? Vnde Paulus, etiā iam baptizatus, etiā renatus, tamen diserte, Quis me liberabit? Sunt ergo duo libertatis gradus, quantitate differentes, non vero genere. Itaque abhūde negatur alteruter esse libertas, quantumvis posita in aequalitate. Quod si libertas vera est, etiam in corpore positis, cur quis neget potentiorē fuisse Christo Diabolus? Atqui si fuisse potentior, obstat, ne nobis Christus hæc ipsa libertatis exordia dedit.

XIV. Denique ut paucis concludam, si quis diceret potentiorē fuisse Diabolus Christo, utpote, qui hominem reapse morti subiecerit, quem Christus nondum liberarit, siue, ut odioſe loquuntur Papistæ, liberare potuerit. Quid respondant Sophistæ? Nam et que constat, mortem adhuc non tamum esse, sed etiam dominari nobis. Quid illi quidem sint responsari, ipsi viderint. At nos facile: etiā mors nondum sit sublata, tamen potentiorē longe Christum esse: tum, quia tandem ea sit funditus tollenda, tum, quia iam nunc eius fructus contractus, imo potuerit iam nunc ipsa mors aboliri, si se Christus volueret.

XV. Ratio consequentia vehementer fallit, cum ponit fidèles esse in peccato. Atqui longe aliud est esse in peccato aliquem, aliud est in aliquo peccatum. Quomodo longe aliud Gabaonitis in Iudeis esse: & Iudeos in Gabaonitis. Si fuissent in Gabaonitis Iudei, fuissent in eorum ditione, quomodo eum erant in Aegypto, aut Babylone. At, quia erant Gabaoniti in Iudeis, Iudeorum servi erant. Itidem, qui sunt in peccato, servi sunt peccati: At in quibus peccatum est, non continuo eius sunt servi: sed ei potius imperant: nimis ab eo liberati. Itaque nihil obstat, quominus in quibus est peccatum, verè sint iusti constituti per obedientiam Christi, verè etiam liberati.

XVI. Quartam instantiam dabit Peltanus. Existimandum non est, peccatum hoc naturæ, id est, concupiscentiam, maioris malitiae, majoris tenacitatis aut adhæsiōis esse peccato personæ: imo, potius hoc esse illo multo p̄ius, curaturque difficultius: cum sit magis voluntarium, & magis proprium, Atqui omnia peccata personæ per gratiam vere abolentur. Ergo hoc peccatum concupiscentia perfecte expiatur in baptismō.

XVII. Respondeo, Peltanum nihil nisi nugas agere. Primo enim, quod non tollatur concupiscentia, causa nulla est maior minorve eius malitia, tenacitasve, aut adhæsio. Quia Dei potentia nihil potest obſtare: alioquin ne in æterna quidem vita non maneret tenacissima concupiscentia. Quod absurdum est concedunt omnes. Causa ergo vera est Dei voluntas, quæ ita disponit, dispensatque hominis salutem, ut non subito fiat translatio ab uno extremo ad aliud, sed paulatim progressus per media. Quod si esset aliter, ergo nemo renatorum moreretur: non est enim dubium, & non maioris esse tenacitatem mortem, quam peccatum: &, ut esset, tamen non posse magis resistere Diuinæ voluntati. Nos igitur, quomodo scimus nondum voluntate mortem abolitam, sed postremam abolendam, nulla alia de causa, nisi quia sic velit, ad eundem modum dicimus, non quidem non potuisse, abit, sed certè noluisse Deum plenam in hac vita liberationem esse à peccato.

XVIII. Deinde, ne illud quidem damus, peccatum personale, id est, aetiale maioris, esse tenacitatis, quam naturale. Contra enim experientur fidèles: qui, etiā magno labore liberentur ab actualibus, liberantur tamen interdum, etiā non omnibus, saltem quibusdam. Sic enim se Paulus olim sufficeret, ideoque non amplius esse, profetus est, blasphemus, & persequeorū: Sic Petrus, semel, bis, terque sola voce territus, ut abnegaret magistrum: denique tantæ fuit constantia, ut ne præsentes quidem mortis dirissimæ terrors metueret. At naturali peccato, id est, concupiscentia, quantumvis contendit, carere nemo potuit. Ipse Paulus sibi dicebat inesse σωληνα, à quo ne continuatis quidem precibus potuerit absolui. Et sane in humano corpore morbi hereditari, peruvicitas longe maior, quam alterius cuiusquam.

XIX. Ne illud quidem concessem, esse personale peccatum magis voluntarium, quam concupiscentiam, fateor illud esse deliberatum, hanc non esse. Sed magis voluntarium, non fateor. Quia deliberatum, id est, quod est à voluntate, tanquam efficiente causa, ideoque præcedente non ratione tantum, sed etiam re: itaque non tantum distinguitur, sed etiam separatur à voluntate. At hæc concupiscentia, non est à prævia voluntate: sed est in ipsa voluntate, tanquam hærens qualitas. Itaque est intrinseca: non vero extrinseca, ut reliqua peccata ac proinde, aut magis, aut certe non minus voluntaria.

C. A. P. XVI.

De Naturali, & Voluntario.

IScundam tertiamque rationem à natura ducunt, & voluntate. Illam Pererius ita concipit, & Sotus: Quod est homini naturale, non potest rationem habere mali vel boni moralis, vel peccati. Sed concupiscentia est naturalis homini. Ergo concupiscentia non est peccatum. Probat minorem. Quia, etiam si nulla præcesset culpa vel gratia, ex principio naturæ existet in homine: adeo ut, si quis homo crearetur ex nihilo, in puris naturalibus, is proculdubio similiter haberet ac sentiret concupiscentię motus, rationi minime obsequentes, ut nos sentimus.

II. At Bellarminus multo aliter: Si homo non nasceretur ex Adamo, & tamen haberet concupiscentiam, quam nunc habet; non posset in eo concupiscentia vocari peccatum. Igitur concupiscentia, non est ex se & natura sua proprie peccatum. Probat antecedens, primo ex 12. c. 3. contra Julianum, vbi concedit Augustinus, hominem non posse reprehendi, neque esse reum vel

peccatorem propter concupiscentiam, si cum eo concupiscentia, quam habet, non propagetur ex Adamo, sed creetur à Diabolo. Secundo, quia tunc concupiscentia esset omnino naturalis. Probat autem consequentiam, quia si concupiscentia non esset peccatum, si naturalis esset: ergo non est peccatum ex se & sua natura. Quod enim ita peccatum est, semper peccatum est, & vnde cuncte tandem oriatur, siue ab homine, siue à Diabolo, semper facit reum.

III. Respondeo, ut alias, dupliciter dici hominis naturam, vel à prima creatione, vel à subsequente corruptione. Tum nego, quæ sunt homini naturalia ex corruptione, nulla esse peccata. Alioquin necesse esset nullos esse natura filios iræ: quod tamen de omnibus testatur Paulus. Quæ vero sunt naturalia à creatione, concedo nulla esse peccata. Sed nego hanc, de qua disputamus, concupiscentiam esse vlli homini à creatione. Et probo, tum ex Paulo ad Roman. 5. Per inobedientiam unitas hominis, peccatores constituti sunt multi. Tum ex illo ipso Augustino, quo Bellarminus teste vititur. Qui enim concedit non fore hominem reprehendendum, si naturalis esset concupiscentia, & tamen reprehendendum disputat, hunc profecto necesse est ponere, concupiscentiam non esse à natura. Sed & verba diserta. Natura humana, secundum Catholicam fidem, bona instituta, sed iniata peccato, meritoque damnata est.

IV. Itaque constanter negamus, quod ad probandam minorem protestunt. Et dicimus esse meram petitionem principij: eo duntaxat dignam qui sola fratres adiutoria disputans, voluntatem haberet pro summa ratione. Illud equidem concedimus, habuisse hominem ab ipsa sui creatione, concupiscentiæ facultatem. Quis enim neget? Nisi quis forte ut stipiti, sic voluntatem homini neget? Sed hanc intentam ad malum: imo hanc intentionem ad malum, quam fatentur omnes esse in homine post peccatum, etiam regento, hanc, inquam, à prima natura inesse homini, dici non potest absque graui blasphemia: & accedente ad Manicheos, Paternianos, Venustianos: qui non virtutem bonam esse volebant naturam, sed suo initio malam.

V. At homo, inquit, constitutus est ex diuersissimis partibus, ratione & sensu: appetitu rationali: & sensu: nec minus naturale est ei concupiscentia secundum sensum delectabilitia, quam esurire, fuisse, agrotare. Ita est, inquam: sed nos, ut saepe monuimus, de corporis sensibus mere corporeis, nulli disputamus: sed de animæ passionibus, & ijs quidem intentis ad malum. Et dicimus huic naturæ non esse naturale ex creatione inclinare in illa desiderabilia, si eadem prohibita: naturale potius fusse ab ijs auerti: sed ita ut mutare se potuerit. Ecclesiast. 7. Fecit Deus hominem rectum: ipsi autem conquisuerunt cogitationes multas.

VI. Atque ita responsum esto Peterio & Soto. At Bellarmini acumen quis non miretur? Qui cum videret multi esse laboris, probare homini, si non nascetur ex Adamo, futuram eandem concupiscentiam naturalem, nobiscum: maluit hypotheticè posse: Si, inquit, non nascetur, & tamen haberet concupiscentiam. Quam vafre, exiguo flexu infinitum declinavit laborem? Sed hoc astu: nihil non in promptu fit efficere. Ego similiter: Si Antipodes non essent in altero horizonte, & haberent tamen eam statim iisdem mensibus Decembri, Ianuarij, Februarij, non habituros nobiscum messem communem. Et boues, si nascerentur ex Aquilis, eadem tamen mole corporis, non volaturos. Et quid non? Sed malo ad rem magis. Homo, etiā natus ex Adamo, haberet hanc concupiscentiam: ergo viciatur esset sine peccato. Ita enim Augustinus diserte, Si non remansisset, sine peccato hic vivemus.

VII. Sed tuerit se tamen exemplo Augustini. At hoc, inquam, ingens mendacum est. Non enim de nativitate homini agit, sed de prima origine. Argutabatur enim Julianus, Si Diabolus crearet (id est, ex stylo Augustini, creaseret) homines, nulla sua culpa mali essent: & ideo nec iam mali. Hic Augustinus: Solemus, inquit, & nos aduersus Manichaos ista dicere. Quid hoc est? Nihil sane difficile. Quis enim nescire plerunque disputari ex hypothesi aduersarij, quantumvis non improbata tantum, sed etiam impossibili? Si igitur à sua creatione homo sic esset malus: ergo non esset reprehendens. At hoc absurdum: ergo illud. Et hinc quisquam concludat Augustino persuasum, si homines non nascerentur ex Adamo, habituros tamen eandem concupiscentiam? Imo si quis huiusmodi hypotheses ita disputanti tribuat, iniuriat faciat, & imposturam redoleat.

VIII. Et vero, argumentum est non de concupiscentia peculiariter: sed de vniuersa corruptione peccati. Si Diabolus, inquit, crearet homines, nulla culpa sua mali essent: & ideo iam nec mali essent, quia esse quisquam nisi quod natus est, non potest: nec ab eo in se aliiquid amplius flagitare, quam potest. Audiri: nulla sua culpa malus est? An id de sola concupiscentia verum? Audiri: Nisi quod natus est? An non axioma vniuersale, & latius patens, quam ut sola concupiscentiam complectatur? Ergo nos etiam possemus concludere: Si homo à sua creatione factus esset scortator, peritius, blasphemus, fur, latto, reliqua, tum nulla sua culpa scortator esset, aut peritius, aut cetera. Et possemus non tantum laudante Juliano: sed etiam consentiente Augustino. Quid ergo? An vereamur, ne nouis aliquis Bellarminus, reos nos agat, quasi affirmantes, posse in homines, si non nascerentur ex Adamo, cadere scortationem, peritium, blasphemiam, furtum: & si hoc parum est etiam non esse scortationem, peritium, blasphemiam, peccata per se. Certè docuit iam pridem experientia, ne ipsam quidem sinceritatem posse esse. Ergo. Sed Sycophantis tamen suum certum est opprobrium: sinceritati sua certissima laus.

IX. Et ut concludam paucis. Improbum est rei cuiusquam naturam ex ea hypothesi metiri, quæ neque est, neque fuit, neq; futura est. Profecto si Deus hominem ita condidisset, vt cornutus esset instar bouis: nulla deformitas esset, imo hæc formositas esset. Accedat ergo Bellarminus, & neget, si cuius fronti adnascentur cornua (& reperti nonnulli sunt, non ita pridem) nullam illam deformitatem esse. Quod si non audeat: ne græferat nos, qui sciamus ita creatum hominem vt non haberet carnem concupiscentem aduersus spiritum, certissime tenere, & nullatenus dubitare, hanc carnis concupiscentiam, esse vitium naturæ: & quia id vitium est in moribus: esse etiam peccatum veri nominis.

X. Tertiam rationem à voluntate vrgent, Pererius, Peltanus, Roffensis. Constat id veræ & maximæ personalis noxæ vim assequi nō posse, quod nulla ex parte voluntarium est. At concupiscentia nulla ex parte voluntaria est,

Ergo

Bog personalis
fond. Allum
tunis omnino
que facile sit, re
la concupiscentia
quod vel bonum
spillat, sed
omn. Spiritus ad
tum dicatur.
XI. Rcpo
tum fabulam
Retractacionem
et, numrum on
tum peccata esse
latus. Itaque
miser. Audi, ex
Em. & delictum
ut. Hoc enim re
siccari origini
XII. Sed e
et dicitur pec
sel unum volu
modo rationem
tempo. Itaque
ta corrupta id e
miser. audierat
modo esse volu
et benevoli
XIII. Sed e
Major, nunqua
zalter. & Causa
est voluntati
formanter, quo
ab ipso proper
etiam. Conca
modo esse volu
et benevoli
XIV. Est
quam in Græce, fide
fidei videntur
objectiones, non
zone voluntati
cum concupis
fidei vel 38
pudicum vici
XV. Testes
Sodales cencim
derunt populum
Et censetur, q
runt concupis
fidei, quod
XVI. Ma
videtur. Luc. 13.
Glossa Cupien
fidei manducare
naturam sicut
Hippotatum de
XVII. M
pofit opponere
quod pollunt om
Quod sed vici
tum et confit
permissus, c
moxi concup
XVIII. Q
posse nos car
fidei est question
li videntur po
que in eo non
dem peccata.
Quod in fideli
ne. Papist v
Qazarene per
quod non possi
quo non possi
qui non possi
ti, quid sit vo
XIX. Q

LIBER DECIMVS, CAP. XVI.

Ergo personalis noxæ vim assenti non potest. Maiorem probant ex Augustino. Assumptionem Peltanus: Quia nullum inquam sensu carnis tangi, aut omnis omnino concupiscentia expertem viuere, id in hoc rerum statu, & que facile sit, atque nunquam mori, vel nunquam esurire. Peretus, quia non sit concupiscentia motus in arbitrio & potestate hominis, teste Paulo, Non, quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, id facio. Nunc autem non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus aduersus carnem.

XI. Respondeo concedi maiorem, & à me quidem hoc sensu, ut voluntarium dicatur, à voluntate eius, cuius peccatum dicitur. Etsi sciam Augustinum subtius distinguere voluntarium opere, & voluntarium origine. Retractione 1. cap. 15. Sic ostenditur, inquit, sine voluntate nullum esse peccatum, sive in opere, sive in origine. Quorum verborum ni fallor hic sensus est, omne peccatum esse voluntarium, sed aliter atque alter. Ese enim quoddam peccatum eo tantum voluntarium, quod eius origo fuerit à voluntate, nimirum originis peccatum, quod eti non sit à voluntate eius in quo sit: tamen est à voluntate eius qui primus peccauit sibi, & posteris. Reliqua autem peccata esse voluntaria opere, id est eo ipso, quod sunt opera cuiusque voluntatis. Itaque si Sophistis nostris cum Augustino esset negotium, negareretur maior. Audi, ex 3, contra Julian. 5. Frustra putas ideo in parvulis non esse delictum (& delictum mihi nota) quia sine voluntate, qua in eis nulla est, esse non potest. Hoc enim recte dicitur propter proprium cuiusque peccatum, non propter prius peccati originale contagium.

XII. Sed ego, ut dixi, intelligo voluntarium esse peccatum ei ipsi cuius est & dicitur peccatum: Nec concelesterim in parvulis nullam esse voluntatem: sed tantum voluntatis exercitum, quomodo & rationis. Omnia enim, quomodo rationem, ita habent voluntatem, actu, inquam, non secundo, sed saltem primo. Itaque quomodo iam eorum mens est obtenebrata, ita & voluntas corrupta, id est, inclinata ad malum. Quare mihi quidem sit syllogismi maior *autem est*.

XIII. Sed nulla ex parte voluntatem esse concupiscentiam, quod sumit Minor, nunquam sum concessurus. Alias enim distinx voluntarium, in Formaliter, & Causaliter. Ut id sit causaliter voluntarium, quod est effectus preventis voluntatis, deliberantisque, in vtrâ partem sit inclinatura. Illud autem formaliter, quod sit à ipsa voluntate, & quia nihil in voluntate possit esse nisi ab ipsa, propter *τί τις ποιεῖ*, sive, ut aliis magis placuit, *τί τις πάσχει*. Ideo etiam ab eadem. Concupiscentiam fateor non esse voluntariam causaliter, sed nullo modo esse voluntariam, tam absurdum est dicere, quam si quis animal negat esse bouem, quia non sit homo.

XIV. Est enim concupiscentia, formaliter voluntaria. Non enim alibi, quam in voluntate. Nam quæcumque vocabula eam significant, sive Latine, sive Graece, sive Hebraice, ea motum voluntatis significant ad aliquid, oppositum videlicet alteri motui, quod ab obiecto recedit. Et pro ratione quidem obiecti, nominatur in bonam partem, vel malam, sed non nisi cum inclinatione voluntatis, imo non inclinatione tantum, sed etiam intentione. Quod enim concupiscere Latine est, Graece *προθυμία*, vel *προθύμησις*. Hebraice *חַמְרָה וְאַתָּה תְּחִמֵּר וְאַתָּה תְּבִרְכֵּת*: At his omnibus voluntas designatur, & quidem formata, ut ita dicam, hoc est, non pruritus quidam duntaxat sive primi omnino motus, quibus sollicitemur ad volendum, sed ipse affectus post illam titillationem.

XV. Testes ex plurimis hi pauci loci. Numeri 1. Vocatusq; est ille locutus Sepulcra concupiscentia, ut in *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ*. Ibi enim separerunt populum *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ*, qui desiderauerat carnes. Psal. 45. Et concupisces, *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* rex decorum tuum. Et 106. Et concupiuerunt concupiscentiam: *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* in deserto. Iosue 7. Et concupisces abstuli, *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* agros, & violenter iusterunt. Daniel. 11. Et erit in concupiscentiis feminarum: *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* Psal. 119. Ecce concupini, *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* mandata tua. Concupini, *וְיַעֲשֶׂה תְּהִלָּתְךָ כְּבָדָלָתְךָ* salutare tuum.

XVI. Matth. 13. Multi prophetæ & iusti, in *πόνοις*, cupiebant videre quæ videbant. Luc. 15. in *πόνοις*, & cupiebant ventrem suum. Et 16. in *πόνοις* regnabat Cupiens saturari. Et 22. in *πόνοις* in *πόνοις*, Desiderio desiderauit hoc passa manducare vobiscum. 1. ad Corinth. 10. Ne simus in *πόνοις*, concupiscentes malorum, sicut & illi in *πόνοις*, concupiuerunt. Prioris ad Timoth. 3. Si quis Episcopatum desiderat oportet, bonum opus in *πόνοις*, desiderat.

XVII. Magnum omnino argumentum à vi vocis, cui, quid aduersarij possint opponere, haud equidem video, nisi confugiant ad suam *κατέγεννα*, qua possunt omnia, saltem permittunt sibi omnia. Augustin. 1. Retractione 15. Quod si quisquam dicit, etiam ipsam cupiditatem nihil aliud esse quam voluntatem, sed virtutem, peccatoque seruientem, non resistendum est, neque de verbis, cum res constat, controversia facienda est. Hac ille, paulo ante distinguens inter voluntatem, & cupiditatem, sed hoc ipso iam declarans, non esse in istis pertinacibus, qui ceterum potius terra miscent, quam de suis praecognitis phantasias vel voculam non retineant. Autor libri de Continentia ca. 8. *Fuimus in nobis concupiscentia mala, quando id quod non licet, liber.*

XVIII. Nec contra probant Sophistæ. Peltanus probat tantum non posse nos carere omni concupiscentia in hoc rerum statu. Quæ nulla nostra est quæstio. Et certum, non omnia quæ sunt voluntaria, eiusmodi esse, tuis ut carere possimus in hac vita. Infidelem mihi vide. Consentimus vtrique in eo non concupiscentiam tantum nunquam decesse, sed ne alia quidem peccata. Et tamen haec saltem peccata, quis neget esse voluntaria? Quid infideles dico? Nam etiam regenitos negat Augustinus in hac vita, nec Papistæ valde repugnant. Vehementissimum hoc argumentum est. Constat enim in fidelibus esse gratiam Dei, imo fideles esse in gratia Dei. Quare ne per gratiam quidem Dei possumus in hac vita carere peccato. Non quod non possit omnia Deus, sed quod nolit omnia, quæ potest, vt ante monimus. Quod si est: tum profecto non est verum, non esse peccatum id, quo non possumus carere in hoc rerum statu. Quare necessario alia quæstio est, quid sit voluntarium, alia autem, quid sit necessarium.

XIX. Quanquam mihi sensum carnis importune Peretus obiicit. Non

est enim idem ille cum concupiscentia, si quidem, ut diximus, luntas, que non proprie carnis est, sed animæ. Et potest, quætas habere interdum idem obiectum cum sensibus carnis, & quæ monstratum, sed non semper tamen. Habet enim ipsa anima sua propria obiecta, quibus delectatur, non pertinentia tamen ad obiectum sensuum carnis, & in his etiam obiectis, est concupiscentia, & quæ mala. Sic enim Lacedæmonios furtum delectabat, non propter utilitatem corporis, sed propter industrias laudem, quæ tota ad animum pertinet. Sic Idololatras multitudine idolorum delectauit, sic Jesuitas Sophistæ: Papistas omnes superstitio. Sic alia plurima. Itaque, concupiscentiam, quæ aduersatur legi mentis, metiri ex solo sensu carnis, ea mera est ineptia.

X. Peretus, etiam non probat esse voluntariam, sed non esse in arbitrio & potestate hominis. Solet autem hæc phrasis usurpari de iis rebus, quæ voluntaria sunt, non simpliciter, sed ex deliberatione præcedente, id est, ante quam ea sit, ut proinde sit, nec ne pendeat ex arbitrij libertate, quomodo in arbitrio est hominis valentis currit nec ne, non autem in arbitrio podagræ. Quid tum ergo, inquam? An, quicquid hoc modo non est in arbitrio & potestate hominis, peccatum non esse oportet? Peccatum ergo originis negato Peretus esse peccatum. Nos certe, eti sciamus non esse à voluntate deliberata: tamen agnoscimus veri nominis peccatum esse, eademque etiam ratione concupiscentiam.

C A P. XVII.

De Inevitabilis. De amore Dei: de motibus infantium, dormientium, amentium.

I. **Q**uae supersunt rationes leuiusculæ sunt. Quarta Peretus est: Quicquid est homini inevitabile, non potest esse peccatum. At concupiscentia est homini inevitabilis. Ergo non est peccatum. Probat maiorem. Quia Deus non iubeat hominem vel facere vel vitare, quod ei sit impossibile, etiam adiuto per gratiam.

II. Respondeo, de possibiliitate mandatorum, actum iri proxima controversia. Interea *impossibile* distinguo, absolute, vel *τις οὐτιστικός*. Illud, quod est omnino præter naturam primam, cuius initium ab ipsa creatione, ut boui volare: homini, uno simul actu mentis, omnia consequi, corpori, esse eodem momento in diuersis locis propriis. Hoc vero, tum aliter, tum maxime ad nostrum hoc negotium, per propriæ voluntatis corruptionem. Et quia inevitabile, id est, quod impossibile sit vitare, ergo totidem modis, inevitabile concipiendum.

III. De priore ergo modo, concedimus maiorem, eti eadem ratione inevitabilis est homini concupiscentia, qua niui candorem, aut coruo nigrinem, concederemus non magis illam peccati habere rationem, quam ista. Sed minorē negamus. Nam per creationem, non habetur hæc concupiscentia, quam malam esse fatentur aduersarij. Alioquin Deus esset auctori. Quod absit.

IV. De posteriori modo, conceditur quidem minor, hoc est, non posse vitari concupiscentiam malam, non tamen absolute, sed in hac vita, &, ut loquebatur Peltanus, in hoc rerum statu. Nam absolute, certum est aliquando vitari posse per gratiam: *Quis enim nesciret amē extirpare in beatitudine statu?* Sed, si non possit in hoc statu vitari, non tamen non est peccatum. Quomodo paulo ante de inuoluntariis diximus.

V. Quinta ratio Gregorij de Valentia. Si defectus illi integræ iustitiae peccatum est, nullum omnino in hac vita Deus diligenter amore supernaturalem, videlicet ut amicum, & filium, cui velit conferre beatitudinem. Diligit autem in hac vita multos hoc modo, ut passim constat ex diuinis literis. Non est igitur ille defectus per se iniquitas & peccatum. Probatur consequentia. Quia quos Deus odit, eos non amat. Odit autem eos omnes, qui grauiorali peccato sunt obstrici.

VI. Respondeo: Negatur consequentia: Nam amare est gratia: odire autem iustitia: Etsi sepe cedit Dei iustitia, eiusdem misericordiae. Itaque a mat nonnullos Deus, eti propter peccatum dignissimos odio. Ad Romanos 5. Christus, *εἰς τὸν ὄντα καὶ τὸν νόον*, cum adhuc nullis viribus essemus, suo tempore pro *impio* (notas est enim hoc peccatum) mortuus est (& hoc amoris) & post, *Commendat suam charitatem erga nos Deus*, quod cum aliis essemus peccatores, *ΧΡΙΣΤΟΣ pro nobis mortuus est*. Quid potuit disertius? Aut potuit - ne illa esse Dei charitas in nos, vt non estet amor? Ergo amavit, cum essemus peccatores. Amos 3. Certe cognovi vos per omnibus familiis terræ, propterea visitabo aduersus vos, omnes iniquitates vestras. Quid est, cognovi vos? Elegi vos, inquit Kimchi, pro omni populo. Ergo amavit. Ad Hebr. 12. Quos diligit Dominus, castigat, & flagellat, quemcunque filium recipit. Apocalypsi. 3. Ego quoscumque amo, arguo & castigo. Non arguit, non castigat Deus, non peccantes. Si igitur quos castigat, amat. Ergo peccantes quodammodo amat.

VII. In confirmatione autem, conceditur maior. Sed in minore, primo, cur asumit peccatum aliquod grauior? Nam consequentia peccati tantum meminerat, & hæc controversia, cum peccatum dicit concupiscentiam, non singula ponderat peccata, ut definiat, utrum vtrum sit grauius, sed satis habet concludere, concupiscentiam esse peccatum. Alias autem concedimus esse peccata quædam grauiora ipsa ista concupiscentia.

VIII. Sed hoc illi condonemus. At profecto minor condonati non potest. Quia non est verum, Deum odire omnes, qui grauiori aliquo peccato sunt obstrici. Non enim eos, quibus id ipsum remittit propter Christum. Cuius passione effectum est, ut qui iniquitate & peccato obstricis tenetur, id est, dignus est per se odio, is propter Christi meritum odio non habeatur, sed diligatur, & ad beatitudinem destinetur.

IX. Hoc quanquam verissimum est, tamen Gregorio displicet, tribus de causis. Prima: Quia sit ingens blasphemia de meritorum Christi efficacitatem si disserere. Nam, si hoc efficit, non venit, ut dissolueret opera Diaboli, & tolleret peccata mundi, sed potius, ut suscipiat patrocinium peccatorum, & iniquitatum, id est, ut faceret Deo amabiles eos, qui odio habendi su-

DE SANCTIFICATIONE.

X. Secunda. Magna est istorum stultitia, qui putant peccatorum hominem, posse de novo à Deo diligiri, nulla mutatione in Christi meritum facta, ex peccato in iustitiam, quia peccatum prorsus abducatur. Tertia. Cum Christus non efficerit, ut peccatum & iniquitatem hominis Deus odio non habeat, efficeret passionis sua putandus non est, ut peccatorem, quatenus iniquitate obstrictus est, non odio prosequatur. Sapient. 14. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius.

XI. Respondeo neglectis coniunctis. In prima, negari consequentiam. Nam Christus vere venit, ut tollat peccata mundi, tum in hac vita, per remissionem culpae, tum in altera, per ipsius peccati perfectam abolitionem & extirpationem. Venit etiam ut dissolueret opera Diaboli: tum illis ipsis modis, tum etiam reali sanctificatione in hac vita, et si tantum inchoata: at perficienda tandem. Nec verum, suscipi patrocinium iniquitatum à Christo, cum eos amabiles efficit, qui propter peccata digni sunt odio. Est enim longum interlatum inter iniquitatem & peccatorem. Iniquitas nunquam potest Deo probari, villo preteritu. Sed qui peccator est, potest Deo conciliari. Et hoc factum per Christum. Itaque nihil hic Gregorius, nisi verba effudit furiosa, cum non esset apud se, praedio nostri.

XII. In secunda, magna est, non nostra stultitia, sed Gregorij calumnia, nullam mutationem fieri ex peccato in iustitiam, cum Deo reconciliatur peccator. Nos contra & scimus, & docemus. Quanquam illud, *De novo diligiri à Deo*, quid sit nesciamus, qui credimus amorem Dei aut nullum esse, aut ab aeterno, ac proinde nunquam de novo, nec possumus persuaderi, qui ita est ab aeterno, posse per singula momenta infectum reddi, ut restaurazione noua opus habeat.

XIII. In tertia rursus eadem cecitas. Fatemur non effecisse Christum, ut iniquitatem Deus odio non habeat, sed non effecisse, ut peccatorem nullum non oderit, hoc à Christianitate alienissimum est. At non, inquit, quatenus iniquitate obstrictus est. Nuge, inquam. Nam hoc dicitur, vel quasi Deus eum amaret propter ipsam iniquitatem, quod nemo nostrum dixit. Vel ut sensus sit, à Deo peccatorem nullum amari, consideratum ut peccatorem, quod falsissimum est. Nam idem amor Dei in peccatores est misericordia: at hæc supponit peccatum. Itaque Deus, qui miseretur peccatoris, amat peccatorem, tanquam peccatorem: et si non propter peccatum. Non enim potest tanquam iustum. Eſſet enim immanis implicatio contradictionis.

XIV. Sexta ratio Tappi, huic quidem vicina, sed non omnino tamen eadem. In renatis nihil odiit Deus: Nullum igitur in eis est peccatum.

XV. Respondeo distinguendo, nihil odire in fidelibus, vel ut nullam fideli partem oderit. Vel ut nihil, quod sit in iis, ne quidem ut accidens. Prior modo, concedo nullam fideli partem, odire, non tantum, inquam, illum spiritum quo facti sunt fideles, & qui est ab ipso Dei munere, sed ne carnalem quidem mentem, aut ipsam carnem, et si utramque adhuc peccato obnoxiam. Si enim odiret, non liberaret: at liberat nunc quidem ex parte, olim etiam perfecte liberatur. At peccatum, nulla est fidelis, imo nulla est hominis pars. Itaq; non habet hoc præilegium commune.

XVI. Altero sensu, negatur antecedens. Nam re vera Deus odiat semper peccatum, etiam id quod est in fidelibus. Si enim non odiret, non aboleret, imo non castigaret, imo non dimitteret. At dimittit semper, castigat aliquando, aboleret paullatim, ergo odiat. Et dimittit, castigat, aboleret, non in infidelibus, sed in ipsis fidelibus, in ipsis illis, quos amat. Ergo, cum nihil odiat in fidelibus, tamen odiat peccatum in ipsis. Nec tamen villo modo odiat fideles, quomodo ne in humanis quidem pater villo modo odiat filium, cuius odiat vitia.

XVII. Caluinus respondens negabat consequentiam. *Vt hoc*, inquit, *illis concedam*, nimur nihil Deum odire in fidelibus: *an propterea sequitur nihil esse odio dignum? ac non potius ideo nihil odiat, quia quod iure potest odire, ignorat?*

XVIII. Tappi negat hanc responsionem satisfacere. Iudicium enim Dei esse in veritate, & ex iudicio amare, quod amabile est, odire autem, quod dignum odio.

XIX. Sed nos negamus, quemquam hominem amari ex iudicio: iudicium enim non potest consistere cum remissione peccatorum, absque quam tamen nullum omnino hominem amauit Deus præter eum, propter quem ceteros amauit. Est ergo hic amor, ut dixi, ex misericordia. Itaq; Tappi oppositio nullius est momenti, & Caluinus solutio bona.

XIX. Septima ratio est Bellarmi: Si concupiscentia est peccatum, ergo, vel quatenus sumitur pro primis concupiscentia motibus, quibus mens reficitur. Vel pro primitate ad actum. At neutro modo. Ergo non est peccatum. Probat assumpti primam partem, id est, primos motus non esse peccata. Quia si in pueris, in amentibus, in dormientibus non sunt peccata, ergo neque in viris sapientibus, vigilantibus. Testibus Augustino 15. Confessionum 30. Prospero 3. de Vita contemplat. 6. Ambrosio de Officis 1. cap. 21. Ratio, quia ne in horum quidem sunt potestate, sed & Augustinus 1. de Citate Dei cap. 25. *Quanto magis concupiscentialis inobedientia, absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?*

XX. Alteram vero partem probat, quia si illi actus non sunt peccatum, ergo multo minus ipsa proritas. Ratio consequentia: Quia nos peccatum esse dicamus propterea quod repugnat legi Dei. At si actus eius non pugnet, ne ipsa quidem pugnabit.

XXI. Respondeo, primo concupiscentia motibus, mentem non reficere, quatenus mens sumitur pro naturali facultate animæ, sed tantum quatenus pro donis gratiarum, quibus mens illustratur. Hoc posito, dico concupiscentiam, utroque modo esse peccatum, ideoque negari assumptum. In argumento priori, dico pueros esse separandos ab amentibus, & dormientibus. In illis enim vere eos motus esse peccata, quia Scriptura pronunciat figura cogitationum cordis non esse nisi mala ab incunte attente. Et vero Ambrosius non dixit hos motus in infantibus carere omni peccato, tantum innoxios dixit esse: *Illa commotiones in pueris innoxiae sunt, quæ plus habent gratias, quam amaritudinis.* Vnde non video ego quidem quid luceti Bellarmi accedit. Non enim disputat Ambrosius de natura peccati, sed de officio in cohibendis motibus. Ut crediderim vafre non nisi indicatum locum.

XXII. In dormientibus aliud iudicium est, cum non concupiscentia mouet, sed natura sola mouetur. Et iga docet Prosper, cuius iterum indi-

cavit Bellarmi locum, non etiam recitat: *Ille corporis fluxus, qui fit in dormientibus sine culpa, interdum vigilantibus contingit ex culpa. Aliud est enim quod in dormiente fit, aliud quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur, hic turpiter concupiscentia publicatur. Sed hæc concupiscentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per fæda colloquia soridum commouerit appetitum. Quorum ergo disputantibus de Concupiscentia, obiciuntur motus, qui non sunt concupiscentiae?*

XXIII. Et tamen Augustinus in Confessionibus nullo verbo docet non esse peccata. Imo vero grauiter exaggerat, tanquam peccata. Sed nimur orte non simpliciter à natura, vt dicebat Prosper, sed à precedente consuetudine, & quidem non subsistentes in plurimis motibus, sed progredientes ad consensum usque. *Aduic vivunt in memoria mea, inquit, talium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit: & occursan mibi, vigilanti quidem carentes viribus, in somnis autem non solum usque ad delectationem, sed etiam usque ad confessionem factumque simillimum.* Et hos quidem motus, ita procedentes ex precedente consuetudine, nulla esse peccata, non facile mihi persuaderim.

XXIV. De amentibus, nihil Bellarmi docet, sed latere voluit inter pueros & dormientes, vt, cum de his dictum esset, aliquis de omnibus speraret se visum iri demonstrationem dedisse. Sed de his puto similiter iudicari posse, ac de dormientibus. Nempe actus esse vel mere à furore, vel ex precedente vitiositate. Hoc modo, non carere peccato, illo vero, non esse actus concupiscentiae, sed morbi.

XXV. Refutato hoc priore dilemmatis membro, alterum non est difficile. Nam si actus in infantibus non sunt sine peccato, ergo nulla inde consequentia efficit, Concupiscentia motus non esse peccata. Si autem dormientium & furiosorum morus, nou sint concupiscentiae, rursus absurdia erit consequentia, res comparans diuersi generis. Nam quod à nobis causam dicit assignari peccati, repugnantiam legi, verum est quidem, sed pro natura concupiscentiae, quæ hanc repugnantiam necessario ponit in inobedientia. At si nulla sit voluntas, nulla est inobedientia, si nulla concupiscentia, nulla etiam voluntas. Itaque motus illi dormientium, non repugnat secundum inobedientiam. Quare rationem peccati habere non possunt. Quomodo cum Leo occidit hominem, est id quidem aliquo modo repugnans legi, quæ prohibet hominem occidi, at non secundum rebellionem. Quia rebellio nulla sine voluntate. At hæc nulla in Leone destituto omni ratione, ac proinde non capaci eius legis. Cuicunque quicquam de concupiscentia dicere, est impotenter abutivocabilis.

C A P. XVIII.

Vtrum Concupiscentia sit peccatum originale.

I. Vpversuntationes duæ Bellarmi, quibus prober, non quidem non esse peccatum Concupiscentiam, sed non esse peccatum originale, quod nostri assentur, ego quomodo verum putem, dixi: nempe, vt non sit totum peccatum originale, quo continetur etiam mentis corruptio, quæ praedit voluntatem, sed pars saltem, quæ sit in inclinatione voluntatis. Videamus ergo, quæ dicit Bellarmi.

II. Prior ratio: Si baptismus non liberet hominem à concupiscentia, ergo vel concupiscentia non est peccatum originis, vel Baptismus non liberat ab originis peccato. At Baptismus liberat ab originis peccato. Et non liberat à concupiscentia. Ergo concupiscentia non est peccatum originis.

III. Respondeo: Liberari dupliciter dicitur, vel liberari à culpa, vel liberari ab ipso peccato, & concupiscentia. Baptismum autem liberare à concupiscentia, codem modo, quo liberat à peccato originali, videlicet primum à culpa, deinde à dominio. Non autem liberare ab ipsa existentia aut concupiscentiae, aut peccati originis. Itaque aut falsum assumitur, non liberare à concupiscentia: nempe, quoad culpam & dominium, aut falso ponitur, liberare ab originali, quoad existentiam.

IV. Instat Bellarmi: Si concupiscentia esset peccatum originis, ergo esset non propter dominium, sed propter repugnantiam cum ratione. Ratio, quia originale est in infantibus, in quibus tamen non est dominium, sed aequaliter potest ex consensu voluntatis.

V. Respondeo, fateri nos peccatum originis non esse peccatum propter dominium, alioquin non foret peccatum, cum auferretur id dominium, quod nos tamen contra afferimus. Sed primo Bellarmi negamus proposuisse nostram integrum solutionem, sed partem duntaxat illam, quæ est de dominio, alteram omissemus, de culpa. Deinde, et si non propter dominium originale sit peccatum, tamen habet semper dominium, in non regenitum. Etiam in infantem, quamvis non adsit ei vsus rationis, aut voluntatis. Est autem liberatio non exigua, hæc quæ hominem eximit eius tyrannidi. Itaque argumenti vis hoc ipso constricta manet.

VI. Aliam instantiam profert Baptista breuiator: Concupiscentia dominans in multis fidelibus præve viuentibus præualet. Igitur, vel nunquam fuit illis originale peccatum ablatum per baptismum, vel multiplicia in uno, & eodem homine erunt originalia.

VII. Respondeo: Negari in fidei villo dominari peccatum originale, nisi fidelis nomine tam insolenter abutamur, vt solam externam professio nem significet, quod nos numquam dabimus. Concedimus in lucta illa, quam esse perpetuum scimus, non raro grauiter deiici fidelem, sed subiici tamen peccato negamus, quia sine Spiritu nullus fidelis est, Spiritus autem semper concupiscit contra carnem. Nec tantum concupiscit, sed etiam præualet, vt exirus ostendit in poenitentia. Vnde Paulus confiteretur negabat se velle malum quod ageret, aut non velle bonum quod non ageret.

VIII. Altera ratio sequitur: Concupiscentia est effectus, & poena peccati originalis. Ergo non est peccatum ipsum originale. Probat consequentiam. Quia, et si vnum idemque possit esse & peccatum, & poena peccati, tamen id sit intelligendum per comparationem ad diuersa. Probat antecedens, ex 5. ad Roman. *Per unum hominem peccatum in mundum intravit*

E-pe

& per peccatum mors. & ita in omnes homines peccatum pertransit, in quo omnes peccauerunt. Vnde haberi dicit mortem esse penam & effectum peccati originalis. At hæc, inquit, pars est humanæ corruptionis, & altera est concupiscentia, cum ignorantia, aliusque eiusdem nostræ naturæ inflicitis vulneribus. Quare eandem rationem videri mortis & concupiscentia. Sic ut ergo mors est pena & effectum peccati originalis, ita & concupiscentia. Probatiterum ex Augustino, cap. 3. 5. contra Julian. *Concupiscentia pœna peccati est, quia redditus est meritis inobedientis.* Item primi Retractat. 5. hominem nasci implicatum reatu Adæ: & ob id pœnæ obnoxii, & explicatur hæc pena, concupiscentia, vocata peccatum per tropum. Rufus 14. de Trinitate cap. 17. & de Continentia 6. peccatum originale comparari febribus, concupiscentiam languori remanentem febribus sanatis.

IX. Respondeo negari antecedens , nisi forte cum Catharino , Pighio , Salmerone , insaniare malum , afferentibus ipsum illud Adami peccatum actuale primum , vnum numero , nostrum esse originale , quod tamen Bellarminus refutauit . Nam alioquin si demus , quod ille etiam disputauit , esse cuique suum originale peccatum , non potest suum antecedens Bellarmino indulgeri . Imo impugnatur codem argumento , quo ille suam consequentiam confirmatam voluit . Quia idem peccatum non possit esse sui ipsius pena , sed alterius . At concupiscentia est vel peccatum ipsum originale , vt multi , vel vt ego , sentio , pars illius . Ergo est pena sui ipsius . Quod absurdum . Itaque Paulus 1.ad Roman .cum penam indicat gentium Deum non agnoscentium , traditas dicit concupiscentiis suorum cordium , non traditas illis concupiscentias , sed ipsas traditas concupiscentiis , id est , sue corruptioni permillas , vt non tantum inessent , sed prorsus dominarentur .

X. Quæ duo profert argumenta ad probationem antecedentis , ex iis posterius saltem retinuit Baptista breuiator , itaque videtur alterum non probasse , & certe est iniuita natum Dialectica , si vllum aliud . Ego cogo informam , vt futilitas appareat . Si eadem ratio est mortis & concupiscentiæ , Ergo vt illa , ita hæc pena est peccati originalis . Consequentia non probatur , probatur antecedens : Partium totius eadem ratio est : at mors & concupiscentia , sunt partes eiusdem totius , nempe corruptionis : Ergo vtriusq; eadem ratio .

XI. Respondeo primo, ut consequentia prima sit certa, supponendum esse, candem esse rationem, respectu eiusdem. Potest enim diuersarum rerum esse varia comparatio, proinde & ratio. Et sic, si compares concupiscentiam, & mortem cum peccato Adami primo, potest vtriusque eadem ratio esse, nempe, quae effecti ad causam. Sed in omnibus propter ea non erit necesse eandem esse rationem. Patet, quia mors est pena non tantum peccati originalis, sed etiam omnium actualium: concupiscentiam saltēn dabit aduersarii non esse penam actualium. Nam si esset pena, esset etiam corundem effectus. At hæc causa est potius. Itaque secundo, nego, relate ad peccatum originis candem esse rationem mortis & concupiscentiæ, quia est illa illius pena tantum non etiam pars. At hæc est eius pars.

XII. Partium eandem esse rationem non possum absolute concedere. Sunt enim aliæ integrantes, ut membra integri, quæ numero tantum diffrunt, & quantitate, qualia frusta sunt eiuldem lapidis aut ligni, aliæ integratæ, ut species generis, quæ non numero, sed definitione potius diffrunt. Si integrantes Bellarminus dicat, primo non est semper verum omnium eandem esse rationem. Nam hominis integrantes partes sunt corpus & anima, quarum tamen longe diuersissima ratio est. Deinde negabitur assumptio, id est, peccatum & concupiscentiam esse partes integrantes corruptionis humanae, oportet enim definitione, ac proinde specie non conuenire, quod est absurdissimum.

XIII. Quod si integratas malit, farebimur sane haec tenus conuenire concupiscentiae & morti, ut sint corruptionis partes. Sed partium huiusmodi necesse esse, ut sit eadem ratio, nos profecto negamus, & affirmamus esse non tantum $\alpha\pi\lambda\omega\sigma$, sed etiam $\alpha\pi\lambda\omega\varphi\sigma$. Nam singularum specierum sua est definitio, ac proinde sua natura. Et ne procul abeamus, hoc modo corruptionis partes sunt mors & peccatum, siue originale, siue actuale. Prodeat Bellarminus, &c, si possit, doceat, eandem esse virtusque rationem. Imo doceat, si eadem ratio est, esse ergo peccatum originale, pœnam peccati actualis, itidem ut mortem. Quare nihil ni si prodigiose Pauli nomine abutitur sophista.

XIV. Ad Augustinum venio. At hic profecto nunquam docuit concupiscentiam esse poenam originalis, sed dixit esse poenam peccati admissi ab Adamo, quæ ratio est originalis. Recito locum ex s. contra Iulianum, quem solum notatum dignum iudicavit breuiator, cæteris, puto, diffisi, *Lex in membris repugnans legi mentis non ideo ipsa iuste agit, quia eius qui egit iniuste, poena sit iusta: Et sicut cæcitas cordis, quam solus remouet illum inator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur, & poena peccati, quo superbum cor digna animaduersione punitur, & causa peccati, cum malo aliquid caci cordis errore committitur, ita concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit Spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis, & poena peccati est, quia redditæ est meritis inobedientis, & causa peccati est, defensione consentientis, vel contagione nascentis.* Audin? Eius poenam qui egit iniuste? Non ergo infantis, qui, teste Paulo, nihil dum egit bene vel male. Audin' poenam redditam meritis inobedientis, & causam peccati, contagione, vel consensu? At contagio peccati, ipsum originale. Non igitur poena peccati originalis, alias frustranea Augustini distinctio.

X V. Hominem esse implicatum reatu Adæ, non erat ut probaretur, sed concupiscentiam esse peccatum in singulis sui originalis peccati, quod Augustinus. opus neq; in retractionibus dixit, neque alibi. Non dixit etiam vocari peccatum per tropum, sed quia à peccato sit, quod equidem potuit sine troppo, quomodo Cain homo vocatus est, qui retinuit naturam patris. Compatri infirmitati remanenti post febrem sanatam, nō est ab surdum, sed in foliis fidelibus, quorum febris est sanata, id est, culpa dimissa. Sed hoc si est verum, non efficit tamen, ut non sit pars peccati originalis : Nam & ipsa infirmitas pars est febris in corpore, nec remaneret ex febri,

C A P. XIX.

De Patribus.

I. Vper est autoritas Patrum , quorum testimonia suæ causæ fauere Bel-
Slaminus præjudicat, ex quibusdam Caluini verbis, quasi coacti id con-
fiteri. Quid ego tamen videre non possum. Ita enim lego in 3. Institut. cap.
3. f. 10. Neque opus est multum inuestigando laborare, quid hic Veteres sentiantur,
quando unus Augustinus sufficere ad id potest, qui fideliter magna que diligentia
omnium sententias collegit. Ex illo igitur sumant Lectores, si quid de sensu anti-
quitatis habere certi volant. Porro inter illos & nos , hoc discriminis videri potest
interesse (Bellarminus mutauit in, Hoc discrimen est) quod ipse quidem quum
fideles concedat, quæmidiu in corpore mortali habitant, sic illigatos teneri concu-
piscentiis, ut non possint non concupiscere, cum tamen morbum, peccatum voca-
re non audet, sed ad illum designandum infirmitatis nomine contentis, tunc de-
mum fieri peccatum docet, ubi vel opus, vel consensus, ad conceptionem vel appre-
hensionem accedit: hoc est, quando prima appetitioni cedit voluntas. Nos autem
illud ipsum pro peccato habemus, quo aliqua omnino cupiditate contra legem Des-
homo titillatur: imo ipsam prauitatem, qua eiusmodi cupiditates nobis generat,
affirsum esse peccatum.

II. Hæc quidem Caluini verba sunt, sed ex iis quomodo conficiatur, contra nos sentire Augustinum, videre non possum: Bellarminus etiam non docet. Atqui Caluinus nullum agnoscit in re ipsa discrimen, sed tantum in loquendi modo, nimur ex varia peccati norione, quamquam statim negat adeo rigidum fuisse in ea quantacunque differentia, vt non interdum etiam diserte peccatum dicat. *Quod omnino verum. Id enim & nos ante probavimus, & Caluinus inducat, Neque tamen, inquit, semper à peccati nomine abstinet, sicuti cum dicit, Hoc peccati nomine appellat Paulus, unde oriuntur cuncta peccata, id est, ex carnali concupiscentia. Ex Homil. 6. de verbis Apostoli. Deinde adeo verum, vt cogantur ipsi Papistæ, ad peccati varias noriones confugere. Abutitur ergo Bellarminus Caluini verbis.*

III. Testium ordinem orditur à Methodio apud Epiphanius in Ori-
gene. Recito Græcc, Ἐκεῖνοι τε εὐπίστως θεολόγοι πολλαῖς λογοτεχνίαις
μιας ήγειράς απότελος εἰσπιπλῶν τις ηγειρέσθαις, ἀντε μηροφάνειαν ἔδειξε
πολλαῖς, ἐφ' το γένος καὶ ἡγειρά, τὸ ποιῶν, ἔχει τῆς ψυχῆς διήγεσθαις πολλοῖς,
μηδένος δὲ τοῦ ποιῆσαν τὸ γένος αὐτὸν τοντούντας. οὐ γένος εἰς τὴν βασιλείαν
τὸν τρέψανταν εἰς πατέρας ιδεῖντας καὶ λυπητὰ δοκιμάζειν εἰς εἰς μηδένεβασιούμενα.
αἷδα παντούχῳ καθησάς αἰκιζόντων χρυσός άλλος πορφύρας βασιλεὺς εἰσινεί-
ρεστα τῆς οἰκουμένης αρχῆς τῆς ουμέναντες τούτοις, διοχλεωδεῖ τοντούντας πολλοῖς. Ήτο
Methodij, quæ non videntur mendo carere. Nam constructionem quis ex-
pediet? Cornarius verit, ut potuit. Nunc vero quandoquidem sape bestiales in-
cidunt cogitationes concupiscentia ac curiositate alias aliter nos implentes, mu-
scarum velutinae est populosaque turba, dixit, Quod enim non volo, hoc fa-
cio, usque ad animam. Confidenter itaque ipsas depellere oportet, male hæc di-
strahuntur, oportuit enim, donec constanter ab anima extingantur. Sed voluit
nimirum corruptum sanare aliquo modo. Non tamen potuit: ita ut nihil
omnino ad faciendum ea qua ab ipsis insuffranciantur, mutemus. Quo enim admit-
tamur in regnum cœlorum per omnes voluptates ac tristitias probati, si non im-
mutati fuerimus, sed ubique velut aurum incorruptum per ignem examinatis,
à propria virtute non discernerimus: contingit hoc ut à malitia mens nostra infe-
steretur. Et post paulo, Οὓς γένος λογοτεχνίαις τὴν σειράνθεαν απεγένεται εἰ
ημένη ἵστατη μετωνυμίαν τανθρώποις εἰ κακὸς λυστάτες, ή ἀγριοὶ καταθραστοὶ λησταὶ
καὶ θάνατοι, αἱ τανθρώποις τανθρώποις τοῦ τραγούντων της αἴριστας δοκιμα-
ζούσταις εἰ αἴτιων θανάτους αρρώδημον καὶ αὐτὸν διέσταθαι. οὐ γένος μηποτε
τανθρώποις αρτιστῶν τῷ ψυχῇ τοῖς αὐτοῖς. Vides enim quod cogitationes propter
inhabitans in nobis peccatum, fornicatus nobis instant, velut canes rabiosi, aut
feri, aut audentes latrones contranos semper instigati à tyranno ac principe ini-
quitatis, probantes nos an resistere ipsis possemus. Et aciem e contra instruere. Age
igitur, οὐ anima, fortiter resistere, ne forte remittens captiavis.

I V. Hæc sunt Methodij, in quibus quia nusquam negatur concupiscentia esse peccatum, argumentis agendum Bellarminus putauit, ut quod ille non dixit, dixisse persuadeat. Primo, Concupiscentia nobis relictæ est ad agomen, ut per eam probemur tanquam aurum in fornace. Constat autem aurum in fornace nullo modo inquinari, sed purgari. Secundo, addit motus concupiscentiae forinsecus contra nos instare, ex quo intelligimus eos nobis imputari non posse, cum nostri non sint. Tertio, hortatur ad resistendum illici, ne forte ob negligentiam capiamur, quasi dicat nos capi non posse, ac per hoc, nec peccare, nisi velimus.

V. Respondeo, Bellarminum non attendisse, imo potius dissimulasse totius disputationis ingenium. Manifestum enim est agere Methodium de Concupiscentia in genere, nulla habita ratione baptismi, erat enim aduersus Origenem disputatione de natura carnis, non vero carnis baptizatae. Si ergo negavit Methodius concupiscentiam esse peccatum, certe negavit etiam antea baptismum. Quod Papistæ nunquam admiserint. Itaque male Bellarminus, pro eius verbis, substituit, Concupiscentiam relictam esse, quæ non sunt à mente autoris, debuit, inesse, potius.

VI. Ad primum , nego concupiscentiam appellari fornacem , sed ~~νόσον γέγοντας~~ : Tum quam ridiculum est , non inquinari aurum in igne , ergo concupiscentiam non esse peccatum ? Ego vero , quid hoc sit monstri , videre non possum . Quis enim nescit non esse omnino idem auro ignem , quod nobis concupiscentiam ? Et , vt cætera omittam , quis nescit per acci-
~~δην~~ dens concupiscentiam purgare ? Imo nunquam purgare ipsam , sed purgari eos qui ipſi non accedant , id est , non consentiant ? Vnde Methodio phrasis , ~~τῆς οὐκ ξέποστεν~~ , quam Cornarius corripit , diserta ad hanc rem , & con- tra Bellarmini sophisma . Nam , si homo concupiscentia ratione dicitur pur-
gari , cum abigit ab animæ concupiscentias instantes muscularum instar . Er-
go primo in ratione purgandi , non respondent igni concupiscentia , sed for-
dibus . Ignis enim non amouetur ab auro , vt purgetur , sed fordes amouer-
tur per ignem . Deinde , ergo concupiscentia , cum sit id , quod abactum o-
portet , est etiam id , quod non abactum inquinat . Et neget quis pecca-
tum ?

VII. Ad secundum, concupiscentiæ motus contra nos forinsecus instare, nego dixisse Methodium, ut significaret eos esse nobis non intrinsecos. Quod tamen etiæ maxime dixisset, non debebat Bellaminus admittere.

qui eosdem motus naturales esse concedit. Quomodo extrinsecus, si naturales? Sed nimirum Methodius dixit: *In nobis fornicatus excitari: nimirum ut motus quidem ipsis nobis insint, quia in nobis fiunt, sed causas habent exteriores, sive occasiones: quomodo solet dici, obiectum mouere potentiam*, & sic paulo ante dixerat: *λεγομένος ἐπειδὴ εἰπεῖν οὐδὲν.* Quare futillissima conclusio est: Ergo nobis imputari non posse. Nam quomodo igitur non baptizatis imputantur?

VIII. Ad tertium. Resistendum est, ne capiamur, ergo capi non posse nisi velimus. Concedatur. Sed capi non posse, ergo non peccare, quo iure? Quasi nesciamus capi eum, qui sub potestatem venit alicuius, ut sit, capi à peccato, sub dominio esse peccati. Et nesciamus non esse sub dominio peccati, omnem in quo est peccatum. Quare Methodij verbis Bellarminus nimis quam impotenter abutitur.

IX. Methodio Basilium subiicit, ex eoque duos locos. Libro, inquit, de Virginitate, *Naturalis appetitus ad gulositatem, auctoritationem corpus titillat.* Et in libro Constitut. Monasticar. cap. 2. copiose de hoc argumento differens, docet omnes carnis affectus esse naturales, & si quando in iis peccatur, totum esse ex negligencia animæ praesidentis. Eudem carnis affectum comparat equo pingui ac robusto, qui si forte sessibrem deiiciat, non ipse accusandus est, sed is qui habendas regebat. Certe si affectus carnis sunt naturales, non erit peccatum illos habere.

X. Verum, unde quæsio haber Bellarminus? ab natura ne, an ab institutio-
ne hunc disputandi morem, ut nihil agat sincere? Primo enim à Basilio, ne
verbū quidem habet de hac quæstione, itaque longas coniceturarum am-
bagies conjectari cogitur; quanta cum laude apud suos, nescio, certe manife-
sto causa præjudicio apud lanos. Naturalis, inquit Basilius, appetitus ad gu-
lositatem, & seorsationem corpus titillat. Ergo Basilio concupiscentia non est
peccatum? Immane hoc quidem est sophisticandi cacoethes. Nam, cur non
ego contra: Ergo Basilio concupiscentia est peccatum?

XII. Alterum ex eodem locum , non sine causa , cavit sophista , ne de-
scriberet , facilior illi impostura à suis verbis , quam à Basilij , quem audi-
tus esse dicitur . Sicut bonum quidequus est , quantoque natura celerior est & acier ,
tanto melior , verum opus habet seffore qui regat habenas , & gubernet , quia desfi-
ciuntur ratione , & postquam insilierit seffor , sua ille natura conabitur vti : Quod si
seffor habenas probe moderetur seque ipso vtiatur pro officio , simul & ipse proposi-
tum finem assequetur seque seruabit , & comperiet rumentum ad vsum optimum .
At si non bene , cum & pulsus subinde à viare regia aberrans , & in denia delatus ,
seque ipsum ac sefforem non raro precipitat , atque ita utrique periculosa sit seffo-
ris vescordia . Id ipsum intellige de corpore & anima , nō p̄d̄ ȳl̄ v̄m̄ p̄t̄s v̄n̄r̄s
ōm̄ḡs & l̄āt̄s c̄r̄s & t̄t̄s , āl̄ā w̄s n̄ p̄v̄t̄s n̄l̄ās l̄ēp̄t̄s : Corpus enim
naturales impetus habet non absurdos sed ad aliquid prorsus bonos & utiles . Ve-
rum ratiocinationis expers est , ut rationis primisligio anima gaudeat : Quod si hac
commodie illos impetus temperet , tum corpus seruatur , tum anima in tuto est . Sin
autem regiminis negligentior & somnolentior , socordia permittat habenas corporis , &
hos vratione destitutum , à recta aberrat , & animam in iisdem peccatis
implicat , tōis iōis & cibis & p̄t̄s t̄ȳḡs . Cū iēc̄ oīm̄s n̄k̄s , āl̄ā d̄l̄ t̄l̄u
c̄m̄s d̄l̄c̄m̄s , non propria nequitia , sed illius negligentia .

presentia motus, quis videntes concegit animæ, & si non poti possit comprehendere? Nemo certe Theologus iustis uti, omnes autem iubent auferari. Quare non agit Basilius de motibus concupiscentiae aduersantibus legi Dei, sed de donis ita naturalibus, ut non sint à peccati corruptione. Nihil ergo illis ad hanc controveriam, hoc saltem loco.

XIV. Basilius Chrysostomus excipit. Ad populum Antiochenum, Homil. 19. *Nisi consuetudinem vincamus, quomodo concupiscentiam vincemus, cuius radix habet à natura principium? Concupiscere enim naturale, male vero concupiscere iam est voluntatis.* Iterum Homil. 17. in Matth. *Non simpliciter dixit, qui concupiuerit, sed, qui viderit mulierem ad concupiscentium, id est, qui concupiscentiam sibi conciuerit; quicunque nullo omnino cogente quiescenti cogitationum feram subito immiserit.* Hoc enim non iam natura est, sed propria desidia. Homil. 13. in Epist. ad Roman. *Ipsa passiones in se peccatum non sunt, effrenata vero ipsarum immoderantia peccatum operata est.* Et ut exempli gratia vnam illarum tractem, *concupiscentia quidem peccatum non est, quando vero egressa modum foras eriperit, tunc deinde adulterium fit, non à concupiscentia, sed à nimio & illicito illius luxu.* Et post docens quomodo hic excessus peccatum sit, *Quaecunq[ue] culpa esse potest, ea omnis voluntatis est.*

XV. Nihil est difficile, si obserueretur vocis homonymia, quamvis ab initio controuerteret notarium: quam & Bellarminus agnoscit, cap. 15. huius ipsius libr. 5. de Ammissione gratiae. Ut sit interdum potentia seu vis appendi, ab ipsa hominis prima natura, alias autem vitium, quo proni sunt homines ad concupiscentium sensibilia contra ordinem rationis. His omnibus ergo locis Chrysostomus per concupiscentiam illam intelligit, quæ prior est, & à natura. Itaque optime ille negat esse peccatum, nos etiam negauimus, alioquin conferretur causa peccati in Deum, quod quis pius non horreat?

XVI. At nos disputamus de concupiscentia , quatenus vitium est, hanc nos etiam peccatum pronuntiamus. Quid Chrysostomus? Id ipsum. Separat enim Concupiscere , & male concupiscere . Illud naturæ tribuit. Quid est ergo male concupiscere ? Nonne vitium ? at hoc non à natura , scilicet prima, sed à peccato . Hoc ergo vitiose concupiscere , id est , quod nos simpliciter dicimus concupiscere . Quod ipsum & nos tribuimus voluntati , cuius inclinatio dicitur cōcupiscentia , est autem mala inclinatio , ideoq; non potest non esse ipse concupiscentia non mala . Ac proinde peccatum , sic enim vocatur malum voluntatis . Quis ergo neget à nobis esse Chrysostomum.

XVII. Additur autor operis imperfecti in Matth. Homil. 12. illud. Non concupisces preceptum esse carni, Non mandat, inquit, carni, quia mandat. Quis enim sapiens illi ponit preceptum, quod et si vult, non potest obaudire? Sed animam alloquitur, & anima mandat.

XVIII. Respondeo, nos etiam agnoscere hoc praeceptum datum esse animæ, non corpori, & concupiscentiam animæ esse non corporis. Sed hunc autorem non probamus assignantem homini vni, vt duas naturas, ita duas voluntates, *Sicut duas, inquit, in nobis habemus naturas, animæ, scilicet & carnis, sic duas habemus voluntates, unam animæ, alteram carnis.* Quod tolerari certe non potest, propter immanem *rigorositatem*, quæ si permittitur, nihil iam certi fiet reliquum. *Æque enim dixerit alius habere nos duas rationes. Duas, inquit, voluntates, duas iras.* Atqui paulo ante Basiliū audiuimus, iram numerantem in propriis passionibus animæ, quæ deferantur ab ea in corpus. Vtri accedit Bellarminus? Sed mirum ni renunciet huic, qui statim, *Et natura quidem carnis ab his omnibus non potest se separare: nam necesse habet & irasci, & concupiscere, et si non vult.* Atqui Bellarminus in rebus necessariis nullam agnoscit voluntatem. Sed ille cum eo transiget, vt volet. Nos in corpore voluntatem nullam agnoscimus, neque in corpore constituimus vitium illud, cui concupiscentiæ nomen datur in Scripturis.

XIX. *Cyrillus Alexandrinus in Ioan. lib. 4. cap. 51.* *Voluptas quadam ante omne peccatum præcurrat, & feruens cupiditas ad delicta solei illucere, qua ante peccati actum infidet, & mentis consensem arripit, persuadens facile hac via veniendum nobis esse quo gliscimus, quod verum Christi discipulus ostendit dicens, Nemo qui tentatur, dicat a Deo se tentari.*

XX. Respondeo à Cyrillo nominari peccatum actuale, id doceo , primo ex ipsis verbis: nam cum initio præcedere dixit omne peccatum, tum statim, insidere ante peccati actum: Deinde ex Jacobo , cuius verba citat, de quibus actum paulo ante. Quare Cyrus nihil ad rem. Non enim sequitur, si præcedat concupiscentia omne peccatum actuale, siue actum peccati, ideo nullum esse peccatum. Contra potius ille peccatum esse innuit, *Hac de causa iusfit Deus illam corporis particulam in qua per quam voluptatis fontes scatuririunt, ferro circuncidi, ut hoc anigmate perdiscamus, nullo nos pacto mundos unquam futuros, nisi diuini verbi actum in corde, quasi acutam bipinem retinetines, omnem turpem ex animo cupiditatem eiiciamus.* Nota, nullo nos unquam modo mundos futuros, nota turpem cupiditatem, nota ex animo eiicendam. Nam hæc totidem sunt Papistis inficta vulnera. Qui mundos dicunt baptizatos etiam non eiecta hac voluptate. Qui negant turpem esse cupiditatem, sed tantum malam. Qui negant animi esse, sed corporis. Qui deniq; negant eiici posse, ut pote naturalem, sed tantum compesci, ut rebellem.

XI. Hi erant omnes Graeci. Pergit ad Latinos. Primumque auctorem sermonis de ablutione pedum, Cypriano adscripti, Sic abluit quos parentis labes infecerat, ut nec actualis, nec originalis post ablutionem illam villa suis vestigia derelinquat.

XXII. Respondeo per maculam, intelligi reatum. quem nos afferimus
olli funditus in omnibus fidelibus per remissionem peccatorum, cuius Sa-
cramentum est Baptismus. Indicat ipsis idem auctor statim, *Ita tamen, in-*
quit, ut actualibus aliquando recrudescentibus iam non imputentur origina-
lia, nec propter illa damnatione obnoxius sit, cui semel illa sint in baptismo indul-

a. Quid hoc aduersum nos?
XIII. Sanctus Hilarius in Psal. 118. & vers. 27. aperte distinguit concus-
cipientiam à peccato, eamq; non peccatum, sed viam ad peccatum appellat,
promptum, inquit, *fuerat dicere. Iniquitatem amouer à me: Sed licet infirmitatis*
confusio, *cum meminerit in corpore suo viam inesse peccandi, tamen per timo-*
rem Dei à peractione peccati omni alienus est. Viam igitur peccati, quod ad pec-
catum pergere promptum est, amoueri à se deprecatur, id est, omnia corporalium
oluptatum desideria auferri, nec tentationem aliquam concupiscentia, aut i-
norantia, qua tanquam per viam ad peccatum itur, ingrue.

XXIV. Respondeo, hic etiam peccatum intelligi actuale. Constatum ex via ad peccandum: nam ea in peccato originali nulla est, quae immediate hæret homini, tum ex iis verbis, *Cum meninorit in corpore suo viam esse peccandi tamen per timorem Dei à peraſtione peccati omnis alienus est.* En tibi manifesto oppositam viam peccandi, & peraſtione peccati. Est autem hæc non nisi peccatum actuale. Itaq; hinc bene concludat, Concupiscentiam non esse actuale peccatum. Sed non eſſe vlo modo peccatum, perperam.

XXV. Ambrosius de Officiis libr. 1. cap. 21. *Non medioſore eſſe mitigare iracundiam, non inferius quam omnino non commoueri.* Hoc nimurum nostrum eſt, naturæ illud. Ille denique cōmotions in pueris innoxiae ſunt, quæ plus habent gratia quam amaritudinis. In Psal. 4. *Si irascimini nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam.* Apud August. lib. 2. contra Iulian. *Beata mors, qua nos peccato eripit, ut reformat Deo.* Nūquid naturæ fine iuſtificatur à peccato aliquis? Non utique quoniam qui peccato moritur, in peccato manet, ille autem iuſtificatur à peccato, cui per Baptismum peccata remittuntur omnia.

XXVI. Ego vero ſubinde cogor mirari, vbi locorum habuerit animum Bellarminus, quia tam *de regis viva collegit.* In primo loco, quid habet? An illud? Hoc nostrum eſt, naturæ illud? An hoc potius Commotions in pueris innoxiae ſunt? Atqui vtrumque perinde inutile eſt. Quid enim naturæ dixit eſſe? quid voluntatis? Naturæ quidem non commoueri ira: Voluntatis autem mitigare iram. Concludat, ſi poſit Sophista. Si non commoueri ira naturale ſit: Ergo commoueri ira, non eſſe peccatum. Si mitigatione nostram, hoc eſt, ſit voluntatis. Ergo iram non eſſe peccatum. Expeſto audaciam. Ego, ne ſi dixiſſet quidem, naturæ eſſe commoueri ira, crederem non eſſe peccatum, qui ſciam aliquid eſſe peccatum naturæ. Nunc autem non hoc dixit, ſed oppoſitum, & concedam, quod ille Sophista poſtulat? Si autem voluntatis eſt iram mitigate: Ego neceſſario concludam, eſſe igitur peccatum.

XXVII. Sed commotions in pueris innoxiae ſunt? Quomodo ergo innoxiae? An sine peccato: ſine ylla ratione peccati? Absurdum, quia Bellarminus ipſe concedit in non baptizatis eſſe peccata. At Hilarius generaliter de pueris agit. Non ergo de ratione peccati. Quare illud innoxium, non eſt eo referendum, ſed ad illud, *Plus habent gratia, quam amaritudinis,* quod iſum ſtati explicatur. Eſi cito pueri inter ſe mouentur, facile ſedantur, & maiori ſuavitate in ſe recurunt. Hoc vero etiā verum, tamen certum, motus illos eſſe peccati ſordibus infectos.

XXVIII. Sed illud, *Nolite peccare, ſed ratione vincite iracundiam.* Deus bone, quam importune, quam profertur absurdus! Ergo ne peccatum non erit, aut illud mandatum ad iracundiam non pertinet. Ergo ne peccatum non erit, quia iubemur ratione vincere iracundiam? Quis exspectat eſſe in Iesu, huic modi argumentorum monſtra? Imo erit. Quia ſi vincere iubemur: Ergo & pugnare. Si pugnare ratione, ergo rationi oppoſita eſt. Et erit rationi oppoſita, & non peccatum?

XXIX. Sed ex poſtem loco, *Errant igitur, inquit, qui concupiscentia peccatum negant tolli poſſe de medio niſi per mortem.* Itane, inquam? Atqui Ambroſius remitti dixit non tolli. Remitti autem ad culpam pertinet, tolli ad exiſtentiam. Verum eſt, naturæ fine, id eſt, per mortem, neminem iuſtificari à peccato, ſed à iuſtificatis per remiſionem tolli peccatum per mortem, ſi non eſt verum, cur exclamauit, *Beata mors, qua nos peccato eripit, ut reformat Deo?* Ergo verum tolli per mortem, remitti per Baptismum. Sed non verum, funditus tolli per Baptismum, ne exiſtat.

XXX. Hieronymi quæ recitantur ex Epifol. ad Oceanum, *Quomodo iuſtificati ſumus, & ſanctificati, ſi peccatum aliquod in nobis relinquitur?* miratus ſum à me non potuifī legi. Itaque ſibi Bellarminus habeat. At contra aſſerentem, *eſſe aliqua peccata, qua Christus non potuerit purgare ſanguine ſuo:* & tam profundas ſcelerum priſtinorum inhaerere corporibus atque animis cicatrices, ut medicina illius attenuari non queant. Legi omnia nobis in baptismo condonata eſſe criminā. Hęc, inquam, legi, vera, ſolida, Christiana: quæque à nobis prolixe doceantur. At nihil in nobis remanere peccatorum, nō legi. An illud fortale annuit, *Baptismus nouum hominem facit, & ex toto nouum creat, nihilque in eo veteris hominis refuerat?* Sed hoc non puto. *Ez. 36. 27.*, nec mollitiam illa commoda interpretatione, adiuiſſum iri, ab eo qui agnoscat concupiscentiam vitium eſſe, ideoq; eſſe ex veteri homine, & tamen remanere.

XXXI. Proſperi ex 3. de Vita contemplat. 4. verba recognosco, *Quodlibet peccatum perpetrare non poſſum, niſi male delectationi conſentiam, ſed agnoſſe viceſiſſum, Bellarmino, & agi de actualibus, illa enim perpetrantur, ac proinde non propterea non eſſe concupiscentiam peccatum, & hanc appellari malam.*

XXXII. Gregorius Epifol. 39. lib. 9. diſputat peccata omnia in baptismo radicibus extirpari in baptimate, *Sunt qui dicunt, inquit, peccata in baptimate ſuperficie tenus dimitti.* Quid eſt hac prædicatione infidelius, in qua ipſum ſidei ſacramentum festinant ſolere, in quo principaliter ad cœleſtis munitionis mysterium anima ligatur, ut absolute radicibus à peccatis omnibus ſoli illi inhaerat, de quo Psalmista ait, *Mibi autem adherere Deo bonum eſt.* Et poſt, *Totus mundus dici non poſteſt, cui de peccato aliud remanit.* Sed nemo refiſt voci veritatis, qua ait, qui lotus eſt, mundus eſt totus, nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipſe qui redemit.

XXXIII. Respondeo, totum radicibus extirpari non dixiſſe Gregoriam, ſed dimitti. Nam illud falſum, iſis conſentibus Papiftis, qui concupiscentia & remanere dicunt, & eſſe fomitem, id eſt, radicem peccati. At quæ radicibus extirpantur, eorum ne radices quidem oportet remanere. Condonantur autem vere radicibus, quia & peccata, & peccatorum iſorum radix vere remittitur, ſublata culpa. Ut merito poſt Auguſtinum, eos ſit deteſtatus Gregorius, qui peccata dicerent ſuperficie tenus dimitti. Eſt enim vere abominandum dogma. Illa duriora videri poſſunt, non eſſe mundum, cui aliquid de peccato remanit, nihil de peccati contagione remanere ei qui ſit mundus. Et ſi non moliantur commoda modificatione, tolerari non poſſunt. Commodo autem nullam poſſimus cogitare, quam ſi ſuppleamus, non diſiſſum, tum enim verus ſensuſ.

XXXIV. Berardus Sermon de ſex Tribulationibus, *Peccatum in foribus eſt, niſi ipſe appetias, non intrabit, appetitus in corde priuit, ſed niſi ſponte cofſeris, nihil nocebit, conſenſum cohibe, ne prualeant hęc, & immaculatus eris.* Idem Sermon. quinquagesimo ſexto in Cantica, *Cura concupiscentia totis reſtere viribus, ut non perrahat in conſenſum, & omnis deinceps malignitas ma-*

china euaneſcit. Nec eſt omnino quod ſponſum prohibeat intrare preter ſolum parietem corporis.

XXXV. Prior locus non eſt diſſicilis, quia abſque dubio peccatum intelligit actuale. Nam alioquin internam eſſe concupiscentia corruptionem eodem ipſe ſermone profitetur, *Vnde tribulatio, niſi dum reſiſtitur contami- nationi, concupiscentia repugnat?* Quid vero in homine purum ab hac macula, immunit ab his contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit peſti- ferum vitrum, ac deinceps corpus occupat uniuersum, mentem deſiderii afficit, membra illecebris inficit. Audin' & virus peſtiſerum, & maculam, & ab intus manant, & inficiant omnia? Itaque cum dicit peccatum in foribus, neceſſe eſt peccati nomine auctum intelligere, ac proinde non negari pruri- tum eſſe etiam peccatum.

XXXVI. Sed alter locus adhuc clarior. Nam primo conceptis verbis concupiscentiam appellat peccatum ſeparans à Deo, neque id tantum in in- fidelibus, ſed etiam in fideliſibus. Attendo loquacem, *Vnicusque nostrum, qui deſideramus aduentum ipſius (& hi nonne ſunt fideliſ)* puto illum nihilominus poſt parietem ſtare, dum corpus hoc nostrum, quod certe peccati eſt, abſcondat in- terim nobis faciem eius, & preſentiam interclusat. Denique quamdiu ſumus in hoc corpoſe, inquit, peregrinamur à Domino. Non quia in corpoſe, ſed quia in corpoſe hoc, quod utique de peccato eſt, & ſine peccato non eſt. Et ut ſcias quo- niam obſtant non corpora, ſed peccata, audi Scripturam, *Peccata noſtra, inquit, ſeparant inter nos & Deum.* Et utinam unuſ mihi tantum obſtet paries corporis, ſolumq; obicipiat id quod eſt in carne peccatum, & non multa interfici ma- ceria uitiorum. Vereor enim, ne etiam preter illud quod in natura eſt, quā plu- rimā de propria iniquitate adiecerim. Nullo opus eſt commentario, cum ſint omnia plana.

XXXVII. Deum porro separari ab homine docet interdum vno, in- terdum & pluribus parietibus. *Primus, inquit, concupiscentia, ſecondus, conſenſus, tertius, attus, quartus, conſuetudo, quintus, concepſus.* Hos omnes peccati nomine comprehendit: nam dixit peccatis Deum separari ab homine, non corpoſe. Iam qui his omnibus parietibus ſeparetur, huius ſtatum eſſe deplo- ratum, *Nonne, inquit, ſi ita exieris, millies ante à rugientib. preparatis ad eſcam, poteris deuorari, quam poruenire ad ſponſum, non vno ſiquidem iam, ſed tanta à te parietum numeroſitate interclusum?* Quare hortatur ut ne concupiscentia primo parieti, addatur ſecondus conſenſus. Et inde verba à Bellarmino reci- tata. Itaque iſta, *Omnis deinceps malignitatis fabrica euaneſcit, non ſignificant Bernardo, quomodo Bellarmino nihil omnino futurum peccati, ſed reliquias trib. parietibus, qui ſunt poſt conſenſum, nullum futurum locum.* Eaq; eſt viſ vocula illiū deinceps, & deinceps malignitatis fabrica, ſignificat ordinem enumeratōrum paretū, aſſeratq; cum qui concupiscentię deſegat aſſenſum, non deuenire ad auctum peccati, aut inde ad conſuetudinem, multo minus ad contemptum. Itaq; Bernardo Bellarminus abutitur.

C A P. XX.

De Auguſtino.

I. *A*uguſtinum p̄r alii Bellarminus ostentauit, quaſi certi ſibi triumphi autorem. Itaque induxit non ſine pompa, enumeratis ſingulis tomis, numeratōris etiam ſingulos libros, ſi ſingulos libros habuifſer proprios. Nos neglecta *μηροφλονια* capita argumentationum feligemus, ad quæ referantur loci, quoſcunq; collegit.

II. Primum hoc eſto, eorum locorum in quibus negatur Concupiſcen- tia eſſe peccatum. De bono coniugali, cap. 11. *Opus nuptiarum ab omni crimi- ne defendit* Apoſtolus, dicendo: *Eſi accepisti uxorem non peccasti.* In Psalm. 50. *Opus hoc eſtam in coniuge non habet culpam.*

III. Sed Auguſtino, opus nuptiarum non eſt concupiſcenſia, imo diſtinguit manifeſte à cōcupiſcenſia ei in hærente Lib. 1. de Nuptiis & Cōcupiſc. cap. 3. *Copulatio maris & ſexu generandi cauſa, bonum eſt naturale nuptiarum.* Et paulo poſt, *Quod dixi ad naturam pertinere nuptiarum, ut mas & fe- mina generandi ſocietate iungantur, & ita inuicem non fraudent, ſicut omnis ſo- cietas fraudulentum ſocium naturaliter pati non vult, hoc tam euidens bonum- cum ſideles habent, quia infideliter uiruntur, in malum peccatumq; conuertuntur.* Eodem modo ergo, & illam concupiſcenſiam carnis, qua caro concupiſcit aduersus Spiriſum, in vſum iuſtitia conuertunt ſidelium nuptias. Audis, & bonum nuptia- rum & concupiſcenſiam?

IV. Sed deinceps diſertiū, vbi damnatur, non bonum coniugij, ſed con- cupiſcenſia, cap. 5. *Que cum ita ſint, profecto errant, qui cum uituperatu libo- do carnalis, damnari nuptias opinantur, quaſi morbus iſte de coniubio ſit, non de peccato.* Nonne illi coniuges primi, quorum nuptias benedixit Deus, dicens, *Cre- ſcite & multiplicamini, nudi erant & non confundebantur?* Cur ergo ex illis membris conſiſto poſt peccatum, niſi quia exiſtit illi indecens mortus, quem, niſi homines peccarent, procul dubio nuptia non haberent? Cap. 7. *Quia nec iſto ad- iuncto malo perire potuit nuptiarum bonum, putunt imprudentes, hoc non eſſe malum, ſed pertinere ad illud bonum.* Discernit autem non ſolum ratione ſubti- li, verum etiam vulgatissimo iudicio naturali. Et poſt, *Nuptia, quia etiam de illo malo aliud boni faciunt, gloriantur, quia vero ſine illo fieri non poſteſt, erube- ſunt.* Item, *Ille concupiſcenſia & malo uititur homo, non uincitur, quando eam in- ordinatis, atq; indecoris motib. & ſtuante frenat & cohibet, neq; niſi propagationis conſulens, relaxat atq; adhibet.* Non deſcribam omnia, quod nimis fore prolixi, & rædi plenum, tantum ſubiicio ex duodecimo, *Non eſt igitur hac li- bido, nuptiarum bonum, ſed obſcenitas peccantium, neceſſitas generantium, laſci- viarum ardor, nuptiarum pudor.*

V. Ita confeſta res eſt. Non habet culpam opus nuptiarum, ſed opus na- turale, hoc eſt, quatenus à natura. At concupiſcenſia non eſt hoc opus, ſed accedit ad hoc opus, & accedit de peccato. Non eſt ergo legitima argumen- tatio ab opere nuptiarum, ad concupiſcenſiam. Et vero, ſi legitima eſet, cur concupiſcenſia reprehenderetur, aut ſaltē uituperaretur?

VI. Secundum argumentationis caput, inde eſt, quod qui cōcupiſcenſię non conſentit, dicitur non peccare. De Genesi contra Manich. lib. 2. c. 14. *A- liquando ratio utiliter etiam commotam cupiditatem refrenat, atq; compescit.* Quod cum ſit, non labimur in peccati, ſed cum aliquanta luctatione coronamur. De Ciuitate Dei, lib. 1. cap. 25. *Ille concupiſcenſialis inobedientia, quanto magis abſq; culpa eſt in corpoſe non conſentientis.* Si abſq; culpa eſt in corpoſe dormientis?

DE SANCTIFICATIONE.

VII. Respondeo, argumenti consequentiam esse absurdam. Non peccat, qui non consentit concupiscentiae. Ergo concupiscentia non est peccatum. Cur non ego similiter? Non agit malum, qui non consentit: Ergo concupiscentia non est malum? At ne ipsi quidem Papistæ ausint negare esse malum. Imo cur non dicam: Qui non consentit adulterio, non peccat, & est sine culpa: Ergo adulterium non est peccatum? At si dicam, omnes exibent. Errerito. Nam contra potius: Concupiscentiam op̄petet esse malam, oportet esse peccatum, quia qui ei consentit, habet culpam, & peccat. Non potest enim peccare, nisi qui in peccatum consentit.

VIII. Tertium caput, ex primi contra duas Pelagianorum Epist. cap. 10. Nulla ergo damnatio est iis, qui sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur, nisi qui concupiscentia carnis consentit ad malam.

IX. Ita est, inquam: Sed nego se qui, concupiscentiam non esse peccatum. Ratio enim, cur non damnatur, qui non consentiunt concupiscentia, ea est, quia concupiscentia culpa est condonata in baptismo. Itaque dum deinceps ei non consentiatur, non nocbit. Sed profecto, si ei consentiatur, erit damnatio, nimurum, quia consensus est in peccatum. Quod est absurdum, si concupiscentia nullum peccatum est. Quid? nomine etiam nulla damnatio est adulterio, propter adulterium post penitentiam, si deinceps non consentiat adulterio? Et tamen adulterium reuera peccatum est.

X. Quartum caput negat illam petitionem, *Dimitte nobis debita nostra, pertinere ad motus concupiscentiae involuntarios.* Epist. 200. ad Ascelicum, *Quamvis insint, dum sumus in corpore mortis huius, desideria peccati, si nulli eorum adhiberemus consensum, non esset unde diceremus, Pater noster, qui es in celis, dimitte nobis debita nostra.* Quod iterum repetitur in Psalm. 118. conc. 3.

XI. Sed haec mera est pessima: Augustinus docet concupiscentia culpam dimissam esse in baptismō, itaque censet eius remissionem non postulari quotidie: Nec eius tantum, sed nec eorum, quae secundum eam egerimus ante baptismum. Recito, ex ea 3. concione, *Sed adhuc querendum est, que petamus dimitti nobis, quando dicimus Deo, Dimitte nobis debita nostra, utrumque nos operamur, quando peccati desideria obedimus, an ipsa desideria nobis dimitti volumus, quae nos non operamur, sed quod habitat in nobis peccatum.* Quantum ego quidem sapere possum, languoris illius & infirmitatis, unde illicita desideria commouentur, quo a peccatum appellat Apostolus, *vniuersus reatus Sacramento baptismatis si solitus, cum omnibus quae illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus, nec deinceps nobis languor iste obesseret, quamvis inesse, si desiderii eius illicitis nulla unquam obseruentiam praberemus.* Plana res est. Existimat non postulari remissionem concupiscentiae, quia iam sit remissa. Non ergo, quia non sit peccatum per se, sed quia per accidentis careat culpa.

XII. Quintum, quia distinguitur infirmitas à peccato. 14. de Trinit. 17. *Quemadmodum aliud est carere febriue, aliud ab infirmitate, qua febribus facta est, reualescerē, item, aliud est in sixum telum de corpore demere, aliud vulnerum quod eo factum est, secunda curatione sanare, ita prima curatio est, causam remeare languoris, quod per omnium sit indulgentiam peccatorum, secunda, ipsum sanare languorem, quod sit paulatim proficiendo in renovatione huius imaginis.* De Continentia cap. 7. Tractat. 41. in Joannem, & Sermon. 6. de Verbis Apostoli.

XIII. Respondeo, plurimis locis solere Augustinum haec comparatio-

ne, morbi & infirmitatis, representare quid in homine regenit agat gratia quid natura reclinet. Sed nego morbum & infirmitatem opponi, tanquam diuersa genera, sed tanquam diuersos gradus. Est enim infirmitas morbus non enim sanitas, sed morbus vrgens ad sanitatem. Omnino ad eundem modum: Concupiscentia in renatis ablata culpa, quae est mortifera, & vis furtiva peccati, remanet quidem peccatum, sed non mortiferum; & vergens ad salutem. Hac ergo ratione infirmitas, sed simul etiam peccatum perse.

XIV. Præterea infirmitas ex morbo, varijs sunt gradus, prout magis & magis distat à morbo, acceditque ad sanitatem. Quo autem minus à sanitate distat, hoc magis morbus dicitur, & eo agnosciuntur, quod & similia symptomata efficiant, & gemitus eliciant similes. Quid ergo de hac infirmitate dicimus? Certe res ipsa dicitur adhuc longum esse ab ea ad sanitatem intercalum. Nam & symptomata morbi subinde ostendit. Fateturque Augustinus ab hac evenire non rara peccata. Tum vero Paulus afferit, & producit in genus omne cupiditatum, & velle se bonum quod non faciat, nolle malum quod faciat, quae quidem si non sunt peccati symptomata, quid sunt? Sed vnu scire, qualia sunt, quantaque symptomata? *Carne inquit seruio legi peccati.* Sed nihil vehementer hoc planctu, *Ego carnalis sum, venditus sub peccatum.* *Vin' & euilatum, & talem euilatum, qualis esse maior non possit?* *Me miserum! quis eripet me ex isto corpore moris?*

XV. Verum est igitur: Concupiscentiam, quae in fidei residua est, esse infirmitatem aliquam. Sed qualis illa est in ægroti corpore, quod luctatum cum paroxysmo morbi, spem in meliorem deuenit sanitatis. Nam quemadmodum hæc infirmitas talis est, ut adhuc sit re ipsa morbus: Sic languor ille, non alias, quam qui peccati nomine significandus sit. Vna tantum ratione non peccatum, quod certa sit spes salutis. Quare argumentum nō bene concluditur à Bellarmino. Infirmitas est à morbo: Ergo non est morbus. Languor est à peccato, ergo non est peccatum.

XVI. Sextum superest, à causa propter quam appellari dicat peccatum. Primi Retract. 15. *Hot peccatum, de quo sic est loquutus Apostolus, ideo peccatum vocatur, quia à peccato factum est, & pena peccati est.* Libri 1. contra duas Epistolæ Pelagianor. 13. *Sed haec etiam si vocetur peccatum, non utique, quia peccatum est, sed quia à peccato facta est, sic vocatur, sicut Scriptura, manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit.* Lib. 1. de Nupt. & Concupisc. cap. 23. ad diutū alia ratio. *Quia causa sit peccati, sicut frigus dicitur pigrum, quia facit homines pigrorum.*

XVII. Responso, ut ante, peccatum esse proprie coniunctum cum reatu, itaque per se omne peccatum reum efficere eum in quo sit. Secundū hanc proprietatem negare Augustinum concupiscentiam esse peccatum, cum eius remissus est reatus. Sed absolute esse peccatum non negare, ut diximus. Habes diserte de Nupt. & Concupisc. lib. 1. cap. 25. *Ex hac concupiscentia, quia licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, tamen natura non accidit nisi de peccato.* Et 25. *Dimitte concupiscentiam carnis in baptismo, non vt non sit, sed ut in peccatum non imputetur.* Quamvis autem reatus suo iam soluto, manet tamen donec sanetur omnis infirmitas nostra. Et 26. *In eis ergo qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt prorsus omnium peccatorum, utique necesse est, ut reatus etiam huius, licet adhuc manentibz concupiscentia remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non imputetur.*

FINIS LIBRI DECIMI.

LIBER Vnde CIMS. De LEGIS IMPLETIONE.

Caput Primum.

STATVS QUÆSTIONIS DE TOTIVS LEGIS OBSERVATIONE.

ACTENVS de Concupiscentia, quæ prima est Sanctificationis imperfectio. Sequitur altera in actibus, quæ sumitur à peccatis actualib. de qua hæc verba sunt Confusionis Gallica. Art. 11. *Dicimus præterea hanc peruersitatem semper edere frustis aliquos malitia, & rebellionis, adeo ut etiā qui sanctitate excellunt, quamvis ei resistant, multis tamen infirmitatibus, & delictis sint contaminati quandiu in hoc mundo versantur.*

II. Quæ verba hoc efficiunt: In hoc reum, naturæque humanae statu, uno verbo, in hac vita, qualisunque illa sit, siue breuis, siue longa, ipsos regeneratos, quantumvis progressos, habere secum reliquias suæ corruptionis, hoc est, peccatum inhabitans, eti non regnans, neque illud otiosum, sed ita agens, ut subinde erumpat in opera non bona, quæ hinc, quæ hac. Adeoque nullum tam esse attentum Sanctificationi, tui se se obligatum sentit, cuiusque habet in se initia, imo etiam progressus, ut non crebro dormitet: Et, exempli gratia, qui diligenter cauet cædes, non sit negligenter in scortatione, aut qui & cædes vitet, & scorta, nullum, aut futurum commitrat, aut mendacium admittat, & sic deinceps, quotcunque esse possunt peccatorum species. Nec raro etiam, qui longo tempore ab uno viro abstinuit, in idipsum labatur tandem.

III. Vnde conficimus: Legem Dei, quæ regula sit humanae iustitiae perfectissima, non esse accommodatum viribus humanis, quales ex vires sunt in hoc statu corruptionis. Nam, si de viribus loquaris naturalibus, quæ natura fuit à creatione, tum sane non negemus aptam fuisse humani ingenii viribus, non tantum integris, quantum ad facultates omnes mere naturales spectat, sed etiam quantum ad dona supernaturalia, ad beatum statum necessaria. Sed peccatum ingressum in mundum, eo ipso quod imaginem di-

uuiam fecerat, infregit illas etiam vires, adeo ut quod semper debet, quodque olli poterat, nunc non possit præstare, ut alias disputatum est.

IV. Jam peccato superueniens gratia restauracionis, illam ipsam imaginem restituit, restituit etiam vires amissas, ita ut regenerati, primo velint, deinde etiam possint legi subici, eamque præstare. Ita temperat tamen Deus hanc restorationem, ut eius perfectionem promittat futuram in altera decimū vita, ubi erit ipse omnia in omnibus, quandiu autē peregrinabimur ab eo, semper ab ea perfectione absimus, & gemamus adhuc sub peccatorum pondere.

V. Hoc posito, pronuntiamus, Legis Dei observationem, qualis esse debet, ut inde iustus dicatur aliquis, esse hominibus omnibus non *luxuriantum*, sed etiam *impossibilem*, neque dari posse ullum unquam, pater vnicum D. N. I. C. aut in præteritū, aut in futurū, qui ad eam perfectionem peruenierit, ut non sœpe peccaret, & opere, & cogitatione.

VI. Papistæ tantam deictionē non ferentes, contra disputant. Et Cochlaeus quidem ad artic. 18. Confessionis Augustanae, non probat damnari eos, qui hominem, propriis naturæ viribus, doceant posse præcepta Dei facere, quoad substantiam actis. Videri enim hominis naturam, & mestem nimis depriri, atque à naturali bonitate, quæ habet à Deo, deiicere. Imo ipsum Deum optimum maximum, summa bonitate, clementiaque, & misericordia priuare, dum imputant ei, quod imposuerit præcepta factu impossibilita, quod sit tyrannicum. Sed hæc pars à nobis tractata est iam pridem.

VII. Nec videtur hæc opinio Cochlaei obtinuisse apud Papistas. Alij enim continent se intra gratia terminos. Et Salmeno diserte monet in iustis duplices inueniri vires, præstandæq; legis facultates, alias naturales, ex virtute nudi liberi arbitrij, esque has infirmas, ac imbecillas ad præcepta diuinæ legis obseruanda, imo abiis, si quod præceptum posse seruari, non placitum tamen Deo, quia non seruaretur ad mentem legislatoris. Alias vires,

natura,